

gationis non servat. scilicet: verò si prohibitio fiat illi, qui prius potestatem habebat actum celebrandi, ut hoc casu: quia tunc actus sustinetur in vim potestatis præexistentis, licet transgrediens sit puniendus. Ita formaliter distinguit gloss. in Clem. 1. in verb. Inhibentes, vers. Sed quæro, de iure patron. quam sequitur Anchar. in cap. statutum, §. sic. vers. Adverre, de rescript. in 6. Abb. in cap. Ex parte, n. 5. de consuet. Roman. cons. 203. Quod primum, n. 7.

14 Sexto, matrimonium presente parocho contractum, non obstante eius contradictione, & procellatione, nisi aliud obstat, validum est, ut Sacra Congregatio censuit ex l. Coram Viris, de verb. significatio. Ergo similiter validum erit non obstante inhibitione parochi ab Episcopo facta. Si enim ipse quoad hunc effectum non potest facultatem interpellandi matrimonii à Concilio concessam à se abdicare, nec videtur id posse Ordinarii, qui parem à Concilio habent potestatem, arg. cap. in notis, supra de elect. in quo considerandum de iure novo pro forma inductum esse, ut matrimonia coram proprio parochio celebrantur, aut coram alio sacerdote de ipsius parochi, vel Ordinarii licentia: cum olim absque huiusmodi forma matrimonia consisterent, ut habetur in princip. d. cap. 1. sess. 24. de reform. matrim. licet mos contrahendi coram presbytero in primitiva Ecclesia ab ipso Apostolis fuerit introductus, ut in epist. Evagrii relata à Gratiano in cap. Aliter, 30. quæst. 5. & in can. 13. Concilii Carthage. 4. adeo ut propterea hic ritus non tam institutus, quam relictus fuerit à Tridentina Synodo, vide Baron. tom. 1. anno 577. n. 47. 48. 49. & 50. & notas ad idem Concil. Carthagin. tom. 1. Conciliorum generalium & provincialium, part. 1. pag. 591. col. 2. lit. A.

Septimo, si ex inhibitione facta parochis ne interlinat matrimonii, eorum persone inhabilitate essent ad ea celebranda, aperuisset Concilium facultatim viam impediendi quæcumque matrimonia: Ordinarii namque ex causis, quas ipsi iustas prætererent, matrimonium impedirent, & contracta dirimerent, quod esset ab omni iure alienum.

Ultimo præcipit Concilium parochis, ne vagantium matrimonii interline, c. 7. sess. 24. de reform. matrim. & tamen si interlinat, matrimonia non irritantur, quod esset si ex inhibitione ablata parochis intelligeretur facultas interpellandi.

15 Porro ubi legis prohibitio non habet perpetuam causam, actus in contrarium gestus valet, Abb. in cap. Ad Apostolicam, num. 1. vers. Ideo solvo contrarium, de regular. non igitur majoris efficaciam erit Episcopi in prohibito ab hoc bona, gloss. in cap. Cum specialiter, in ver. Distincto præcepto, supra de appellat. & gloss. fin. & ibi addit. in cap. fin. de cleric. excommunicat. lib. 6.

16 Eadem conclusio procedit in Vicario parochi, licet temporali, supposito quod habuerit licentiam generale administrandi omnia Sacramenta, & alia gerendi, quæ ad proprium parochum

17 pertinent, vel saltem specialem licentiam matrimonii celebrandi iuxta declarationem Sacre Congregationis Concilii in causa Januensi. Quod si ex inhibitione consistere de revocatione licentiam ab ipso Ordinario concessam, scilicet dicendum esset, non propter inhibitionem, sed propter revocationem: si tamen hic habuisset licentiam à parochio, dubitari posset an huiusmodi licentia ab Or-

dinario revocari posset per inhibitionem illi factam, quandoquidem Concilium pariter loquitur de matrimonio celebrato de licentia parochi, aut Ordinarii.

18 Sed contra validitatem matrimonii obicitur primò, quia inter sacerdotes in tota dicecesi unus Episcopus est, qui totam gubernat, & à quo parochialium sacerdotum iurisdicção dependet, quæ ad præparandum populum attinet, ut per D. Thomam in 2. dist. 20. art. 4. quæst. 1. in corp. & dist. 24. q. 3. art. 2. q. 1. ad 3. id est quæ ipsi subalternantur omnes parochi, ita ut nihil possint discernere contra id, quod Episcopus ordinavit, c. 4. de off. Archiepiscopi cum sint veluti Episcopi Vicarii, & Coadjutores: Hinc notat Abb. in cap. fin. de off. Archiepiscopi, posse Episcopum circa commissa inferiori Prælati, & Episcopi Vicario in aliquibus illi inlibere potestatem, ut quod contra Episcopi decretum factum fuerit, non valeat: unde effectus sibi locum etiam in decreto minoris à Papa.

At respondetur hoc esse verum in his, quæ sunt iurisdicçãois: sed interponere præsentiam in celebratione matrimonii non est iurisdicçãois. Ad notata in cap. fin. respondetur procedere, quando materia subiecta est potestati ipsius Episcopi, ut per eum irritari possit: at circa matrimonia licet habeat facultatem iudicandi, ac interdicendi, c. 1. de consang. & affinit. non tamen potest circa illa statueri, irritando, ut supra in prima ratione: idcirco matrimonium contra eius interdictionem celebratum validum est ut in hoc tit.

Quod si urgeas hoc esse iurisdicçãois, quia Concilium cum elegit proprium parochum, respexit ad iurisdicçãoem: is enim alienos subditos conjungere non potest, Clem. Religiosi, in princip. de privi. DD. inc. Quis, de penit. & remiss. & in c. 2. eod. tit. in 6. ita ut propterea licet interponendo præsentiam non iudicet: non tamen tutum sit dicere hunc actum non esse iurisdicçãois. Quare licet subtrahendo contrahentes à iurisdicçãoe parochi, limitaret Ordinarius parochi facultatem, ita ut illos matrimonio conjungere non posset: ita videtur inhibendo subtrahere illi materiam, quæ est sub sua iurisdicçãoe: & tunc non diceretur ipse illegitimare, aut inhabilitare personas, quas ipsum Concilium ex hoc quod subditi non sunt parochio, inhabiles reddidisset ad contrahendum coram eo.

Respondetur, quicquid Concilium respexerit, verum est nullam iurisdicçãoem parochum exercere dum conjungit parochianos suos, & quatenus per novam divisionem parochiarum, aut alias posset eos Episcopus subducere ab illius iurisdicçãoe: tamen eo casu non propter inhibitionem, sed quia non erit proprius illorum parochus, non poterit eos conjungere.

Obicitur secundo, parochus prohibitus ab Episcopo actum gerere quoad illum actum non censetur legitimus: alioquin licet illum actum gereret, nec puniendus esset: sed matrimonium non contrahi coram parochio, vel contrahi coram parochio non legitimo paria sunt. Ergo, &c.

20 Respondetur, parochum legitimum dupliciter sumi posse: uno modo quoad culpam, & penam ob id quod non paruit Episcopo: & hoc sensu admitti potest dici non legitimum instat eorum, qui contrahentes contra interdictionem Ecclesie illegitimi censentur: alio modo respectu validitatis actus:

actus: & hac ratione est legitimus, quia talis est, qualem Concilium requirit. Item non potest dici illegitimus, quia nec contra legem naturæ, quia constituitur matrimonium, in quantum est officium naturæ, nec contra iusdivinum in quantum est Sacramentum. Item nec contra legem civilem quæ statuit super matrimonio in quantum est in officium communitatis, Tabien. in verò. Impedimentum, l. n. 2.

22 Obicitur tertio Archidiaconus quamvis à iure habeat, ut possit examinare ordinandos, visitare, & plerumque agere, quæ habentur in c. 1. & cap. Ad hac, supra de off. Archid. tamen ab Episcopo prohibitus nihil eorum exercere potest secundum Abb. in d. cap. Ad hæc: ea ratione, quia censetur Episcopi Vicarius. Ergo similiter etiam Parochus à Concilio habeat ut possit matrimonia celebrare: quia tamen dependat eius officium, & cura ab Episcopo, & est eius Vicarius in parte dicentis sibi commissa: non poterit Episcopo interdicente intervenire.

Respondetur Archidiaconum habere communiatam iurisdicçãoem Episcopi: & in his censeri Vicarium ipsius. At hæc facultas interpellandi non competit primo Episcopo, & deinde communicata fuit Parochio, ut illam dicatur habere Parochus per communicationem sive à iure, sive ab Episcopo factam: sed æquè principaliter tributa fuit à Concilio ipsi Parochio, cum prius matrimonium etiam ab ipso præsentia Parochi contractum valeret.

Deinde respondetur, & fortè melius, contra opinionem Abbatis esse auctoritatem Innocentii in d. c. 1. de off. Archid. quem ibi omnes sequuntur, & Arch. in cap. Per lectis, 2. 5. dist. ut dixi plenius in d. c. ad hac.

23 Obicitur quarto, potest Episcopus suspendere Parochum à totali curæ exercitio, & ministerio omnium Sacramentorum. Ergo etiam à ministerio unius Sacramenti, ut potest à celebratione matrimonii, arg. cap. Ex parte, in fin. supra de decim. & cap. Cui licet, de reg. iur. lib. 6.

Respondetur Parochum in celebratione matrimonii, non prestare præsentiam uti ministerium Sacramentis, sed tamquam testem, de quo lex confidit, &c. Rota decisi. 750. num. 1. part. 1. divers. & alias consuit S. Congregatio Concilii. Quare facis est, ut remaneat proprius Parochus ad hoc ut habeat in consequentiam id, quod sibi lex concedit, & reg. Cui licet, habet multas exceptiones, ut in ea notatur. Ac præterea generalis hæc suspensio non efficit irritum Sacramentum, nisi in his, quæ sunt iurisdicçãois, sicuti est absolutio à peccatis, Conc. Trid. cap. 5. 6. & 7. & can. 9. sess. 14. de Sacram. pœnit.

24 Et consequenter suspensio ab omnibus Sacramentis non debet operari nullitatem Sacramenti Matrimonii, in quo Parochus nullam exercet iurisdicçãoem, sed exhibet nudam præsentiam, & ministerium facti, ut dictum est: nec per suspensionem definit esse Parochus, §. His aut horitibus, 24. q. 1. ibi, veluti à suspensio, quibus administratio interdicitur, potestas non aufertur. Et propterea valet matrimonium contractum coram Parochio excommunicato, si sit toleratus secundum Navar. in Man. cap. 27. num. 2. Quinimo, & coram Parochio denunciato, excommunicato, ut respondit S. Congregatio Concilii tempore Cardin. Matthæi re diligenter examinata.

Prosp. Fagn. in 4. lib. Decretal.

Obicitur quinto, potest Episcopus ex Concilio concedere licentiam alicui Sacerdoti tale celebrandi matrimonium inter alterius Parochianos, & sic per indirectum alicui Parochio hæc facultatem. Ergo & directo prohibendo illi ne interveniat, vel reservando sibi huiusmodi actum, & facultatem.

Respondetur negando sequelam antecedentis: quamvis enim ex eo quod ita Concilium disposuit Episcopus possit alicui Sacerdoti talem licentiam concedere, id tamen non intelligitur privative ad proprium Parochum, sed cumulative, ut ex dictis constat. Episcopus Ciennens dubitavit, an validum sit matrimonium adhibito Parochio, cui ab Episcopo fuerat interdictionem, ne illo matrimonio interesset, Sacra Congregatio censuit esse validum.

QVI FILII SINT LEGITIMI

Cap. Lector.

S Y M M A R I V M.

- 1 Legitimitas quasi opposita potestati hereditatem esse ad ecclesiasticum iudicium remittenda.
- 2 Legitimitas causa est mere spoliatus, & iudex laicus nec incidit, nec alio modo potest de ea cognoscere.
- 3 Et quæsi controversia non in iure, sed in facto consistit.
- 4 Legitimitas possessio relevat ab onere probandi.
- 5 In legitimitate quasi possessione, ut qui dicitur esse, requiritur ut vel habeat, ut pro filio legitimo, vel possideat bona paternæ, vel natus sit de uxore credebatur uxore.
- 6 Rota decisio in causa Parmensi. Status referretur.
- 7 Expenditur & num. segg. 133, ad num. 34. & n. 7. usque ad num. 88. Revocatur, n. 88.
- 8 Matrimonii probatio ante procreationem, ac natiuitatem in causa legitimitatis prolo. sufficit petitorio, & n. 7. 1.
- 9 Legitimitas cum qualitate procreationis ex matrimonio in possessio statu prohibetur ex matrimonio ipso, & simpliciter quasi possessione legitimitatis, & n. 7. 3.
- 10 Et nisi concubitus præcesserit, n. 16. & nu. 61. & 74.
- 10 Legitimitas præsumitur fuisse usque ab initio, qui ad præsentiam, sicut quasi possessione legitimitatis, & n. segg. & n. 4. usque ad 63.
- 11 Possessio alicuius status, vel qualitatis transfert onus probandi in adversarium, quando ille quæritur, quæ inest sibi apta esse ab origine rei, & n. segg. & num. 54. usque ad 63.
- 12 Vasallus ab origine natiuitatis probatur, quis ex simplici quasi possessione vasallatus.
- 13 Legitimitas quasi possessio sufficit ad obtinendum etiam in petitorio.
- 14 Filius in dubio præsumitur natus post matrimonium, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.

- Etiamsi vir uxorem ante matrimonium cognoverit, num. 16.
- 15 Actus qualiter probatur ex matrimonio.
- 17 Insuper in bonis, quorum non est capax nisi procreatus ex legitimo matrimonio, consistit in quasi possessione legitimatam vera, & non ficta.
- 18 Nominatio, & tractatus patris super legitimitate regulariter non nocet tertio.
- 19 Fallit primo quoad effectum relevandi possessorem ab onere probandi legitimitatem.
- 20 Fallit secundo in nominatione facta principaliter propter se conjuncta cum institutione. Fallit tertio, si cum tractatu concurrant alia adminicula, n. 22.
- Fallit quarto si certus, cuius interest, nominationi, & tractatui acquirerit, n. 23.
- 21 Tractatus parentum ad constituendam filium in quasi possessione legitimatam fortior est, quam nominatio, & n. 30.
- 22 Nominatio patris quando inferat ad veram filii legitimitatem.
- 23 Legitimi appellatione intelligitur legitime procreatus, non autem legitimatus per subsequens, saltem ex communis usu loquendi.
- 25 Possessio bonorum subditorum fideicommissa veram legitimitatem requirenti non debetur nisi filius ex legitimo matrimonio procreatus.
- 27 Legitimitas quasi possessio acquiritur filio si fideicommissarius patris eum succedere in bonis fideicommissis subiectis, & n. 31.
- 28 Quasi possessio ex nullo actu acquiritur.
- 29 Nec requiritur prescriptio, nisi in petitorio.
- 30 Facta sunt potentia, quam verba ad constituentem in quasi possessione legitimatam, & n. 65.
- 32 Adminicula patris pro quasi possessione qualitate legitimatam recensentur.
- 33 Sententia super statu facit jus quoad omnes.
- 34 Positiones iurate faciunt inter alios adminiculum.
- 35 Fides officialis super qualificata legitimitate facit adminiculum.
- 36 Nominatio patris fortissima dicitur conjectura legitimatam filii.
- 37 Indefinita testis equi pollet universali, ut responsio congruat interrogationi.
- 38 Fama probatur per testes deponentes per verba publicae, & palam dicebatur.
- 39 Fama legitimatam non est necessariam probanda in loco originis, sed sufficit in loco ubi filius fuit educatus, vel conversatus.
- 40 Natum esse, & procreatum, vel conceptum ex matrimonio non differunt.
- 41 Legitimitas quasi possessio probatur per famam.
- 42 Probationes plures in iudicio quasi possessionis legitimatam conjunguntur.
- 43 Et leviores sufficiunt.
- 44 Instrumentum sumptum ex sumpto non probat.
- 45 Instrumentum, in quo nullum minus repugnat indicationi, vincitur in ratum.
- 46 Et saltem non probat datam, & n. 66.
- 47 Probationes conerario invicem conquantur.
- 48 Subscriptio, & sigillum Notarii sunt de substantia instrumenti.
- 49 Testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet.
- 50 Substantia actus non praesumitur ex distantia temporis, sed solemnitas tantum.
- 51 Praesumptio solemnitate substantialis tollitur ex institutione scripturae.

- 52 Testes contra legitimitatem debent esse omni exceptione majores.
- 53 Probatio plena non potest nisi per aliam plenam esse.
- 54 Bart. doctrina in l. Si prius, num. 8. ff. de nov. oper. nun. iat. explicatur, & num. seq. usque ad num. 63.
- 55 Filius probatur legitimus ab origine ex quasi possessione presentis legitimatam, etiamsi dabitur an mulier fuerit uxor, vel concubina, & num. 61.
- 56 Praesumptio translative qua dicitur.
- 57 Reus excipiens de illegitimitate Actoris existens in quasi possessione in sua exceptione est Actor, & probare debet, & n. 75.
- 58 Legitimitas qualitas diversa est a qualitate filiationis, & ex quasi possessione unum non inferunt ad quasi possessionem alterius, & n. 75.
- 59 Matrimonium probatum per praesumptiones est matrimonium verum, non fictum, vel praesumptum.
- 60 Legitimitas probatio praesumptiva sufficit etiam in iudicio commissio, quod vocat filius legitime procreatus.
- 62 Servus praesumitur fuisse ab origine, qui nunc reperitur in quasi possessione servitutis, licet servitus de iure non praesumatur.
- 63 Tractatus legitimatam cum adminiculis nocet etiam fideicommissariis, & num. 78. usq. ad n. 88.
- 64 Patris confessio qualiter possit habitare incapaces ad successionem etiam in praedictum tertii.
- 67 Nativitas sua diem certo scire nemo potest.
- 68 Protocolum, de cuius rogatu, & publicatione non constat, non probat.
- 69 Sententia qua nullum continet verbum, per quod appareat lecta, est nulla, non obstante clausula, Data.
- 70 Exceptio turbida, & aliorum requirens indaginem, non admittitur in iudicio possessorio legitimatam, & n. 81.
- 71 Filiationis quasi possessio non relevat ab onere probandi legitimatam.
- 77 Pater in supremam suam voluntate non praesumitur voluisse instituire filios incapaces.
- 78 Nominatio patris in actu proportionali filio legitime procreato constituit eum in quasi possessione qualitate legitimatam.
- 79 Tractatus, & nominatio patris super legitimitate filii an, & quando nocet tertio, & num. seq. usq. ad num. 88.
- 80 Tractatus, & nominatio patris non nocet tertio, quando agitur de praedictum aliter matrimonii; Secus si de successione, & n. 87.
- 81 Tractatus parentum cum adminiculis probat legitimatam adfectum successione etiam in petitorio, & contrarium, & n. 86.
- 83 Nominatio sola absque tractatu non probat legitimatam contra tertium.
- 84 Tractatus legitimatam filii quando adest contrarius tractatus, non nocet fideicommissariis.
- 85 Tractatus simplex sine adminiculis an sufficiat in petitorio ad successionem obtinendam ex alio tertio.

- L**ATOR. Quaevis nativitas appolita petenti hereditatem est ad Ecclesiasticum iudicem remittenda. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes: & sunt duae partes. Appellantis conquisitio, & causae commissio. Secunda ibi, Ideoque.
- Nota primo ibi, coram Norwicensi Episcopo tractatum fuisse, quaestio nem natalium, etiamsi de illa non principaliter, sed incidenter agatur, ad iudicem Ecclesiasticum pertinere privative ad iudicem laicum, ut hie est casus apertus. Inciderat enim hic quaestio super legitimitate coram iudice seculari; quia petente hereditate Avi iure successorio, obiectum fuerat, quod pater ejus non esset legitimus; & tamen Pontifex mandat, ut haec quaestio nativitatis coram iudice Ecclesiastico prius terminetur, & interim super iudicetur in causa principali. Ratio, quia haec causa est mere spiritualis, cap. Tuam, de ord. cognitio. & propterea iudex secularis nec incidere, nec alio modo potest de illa cognoscere, cap. Causam, infra eod. Quemadmodum nec de annexo spirituali, cap. Quanto, supra de iudic. & ita hic firmant gloss. ultimus, Innoc. num. 2. in fin. Holtien. num. 7. Joan. Andr. num. 1. Butr. num. 7. & 11. Abbas 2. notab. & reliqui omnes, Feder. de Sen. conf. 27. 5. Casus talis est, Statuto caveatur, num. 7. Rota decis. 296. n. 18. par. 5. recentior.
- Plerique tamen hoc intelligunt, ut locum habeat dummodo controversia in iure committat. Secus si in facto. puta quia non agitur an matrimonium sit validum, necne; sed solum an fuerit contractum: tunc enim existimant iudicem laicum non prohiberi de quaestione natalium incidenter cognoscere: & hanc Decretalem intelligunt procedere in primo casu, quia reus obicit defectum natalium proveniente ex validitate matrimonii, & sic erit quaestio juris, & non facti, ut hic per Abb. in 2. notab. Alii tamen hanc distinctionem non admittunt: unde dicit, ut plene notavi in d. cap. Tuam, n. 36. usque in fin. supra de ord. cognitio.
- Secundo nota ibi, non potest probare legitime quod obicit: existentem in quasi possessione legitimatam in iudicio successione hereditaria relevari ab onere probandi se esse legitime natum, & onus probandi defectum natalium incumbere opponenti, prout hic notabiliter voluit glossa in ver. Probare legitime: dicens idcirco opponenti quaestio nem nativitatis incumbere hic onus probandi, quia pater Actoris erat in possessione filiationis, scilicet legitime: habebatur enim pro filio legitimo, possidebat bona paterna, & natus fuerat de ea, quae credebatur uxor. Non tamen intelligas haec tria simul requiri ad constituendum filium in quasi possessione legitimatam. Imo enim sufficit unumquodque ex illis aternative, ut declarat Alex. conf. 51. Nisi, & discussio, n. 2. lib. 1. & Dec. conf. 54. in causa, n. 5. an fin.

Hac materia quali possessionis legitimatam fuit diu, multumque agitata in Rota Auditorio in causa Parmen. Status, in qua cum sub die 26. Martij 1618. emanasset decisio contra Dominos Martiianos Pallavicinos, ego enixè rogatus ut scriberem pro veritate, non potui denegare; & causa pluries propolita, tandem placuit Dominis a decisis recedere sub die 28. Aprilis, 1622. coram Gocchino. Et quia quae tunc scripti, plurimum con-

ferunt ad intelligentiam hujus glossae, & eorum, quae tractant Doctores hic, & in c. Petrus, infra eodem, & supra in cap. Transmissa, & in c. Lator, de probat. non abs te futurum putavi decisionem contra Dominos de Pallavicinis, qui praefertur editam; & scripta nostra hic inserere.

REVERENDISS. D.F. SACRATO
Archiepiscopo Parmen. eno.

Parmen. Status.

Luna 26. Martij 1618.

Post factas resolutiones in hac causa quod sit probatum matrimonium laicem de facto, & sine coartatione temporis inter qq. Bernardinum, & Catharinam ascendentes Dominorum de Pallavicinis, fuit dubitatum an dicti de Pallavicinis teneantur probare contractum dicti matrimonii de certo tempore, & de quo, sed quia Domini de Pallavicinis praecipue dicebantur eo fundamento, quod ipsi ex persona Uberti filii dicti Bernardini sunt in quasi possessione legitimatam, unde retulere praetendebant, & se esse relevatos ab onere ulterioris probationis, & etiam libi hoc effectus ad obtinendam immisionem in bonis fideicommissio, de quo agitur, subiectis ex remedio, l. fin. C. de adret. D. Adrian. tollen. Propterea placuit Rota reitringere difficultatem ad dictam quali possessionem, quam post plures propositiones tenuit non esse probatam.

Pro quo illud in primis fuit observatum, quod fideicommissum de quo agitur, vocat legitimus, & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos, & natos vere, & non fictos; propterea ista qualitas procreationis, & nativitatis ex legitimo matrimonio est in specie probanda, ut in istis terminis est decisio Cardin. Seraph. decis. 1081. num. 2. Et est regulare in omnia alia qualitate, quod quando est fundamentum intentionis, debeat in specie probari, Cravet. decis. 96. n. 4. Rota divers. decis. 724. part. 1.

Secundo fuit observatum non fore probatam dictam qualitatem ex eo, quod supponantur decisiones iam factae, quod scilicet constet de matrimonio inter Bernardinum, & Catharinam sine coartatione temporis, etiam si modo simpliciter probaretur, quod Ubertus fuerit in quasi possessione legitimatam, quia ista quasi possessio possit verificari in legitimatam per subiequens, qui tamen non veniunt in fideicommissis, in quibus voluntur procreari, & nati ex legitimo matrimonio, ut late per Peregrin. de fideicommiss. artic. 24. num. 2. cum pluribus seqq. Theaur. decis. 196. n. 3. Sacer. decis. 219. num. 5. & sentit Rota coram bonif. Cardin. Seraph. 1300. in fin. Ponderando maxime praegnantiam verborum fideicommissi, de quo agitur. Ideoque existimaverunt Domini in casu, de quo agitur, esse necessariam quali possessionem qualificatam, puta quod Ubertus fuerit admittus ad bona, vel honores, ad quae non nisi procreati, & nati ex legitimo matrimonio solent admitti, aut quid simile inferens per necessitate dictam qualitatem: & eo maxime, stante non legitimo initio, ex quo ex mandato de dispensando, testibus, & aliis constat Bernardinum ante pra-

tenum matrimonium cognovisset Catharinam, & ex illa suscepisse filios: tunc enim probatio reddidit magis æquivoca, & suspecta, & exactiores probationes requiruntur, ut bene per Cephal. *conf. 82. n. 55. cum pluribus seqq.* Verall. *decis. 21. o. par. 2.* Rota in causa Veneta illegitimitatis 16. *Novembrii 1607.* coram bon. mem. Penia. Quibus constituitur.

Ad primum genus probationis Dominorum de Pallavicinis deductum ex eo quod Bernardinus in duobus testamentis instituerit Ubertum, & alios filios legitimos, & naturales procreatos, & natos ex se, & Domina Catharina uxore sua pro iusto matrimonio, & in alio illos nominaverit suos filios legitimos, & naturales procreatos, & natos ex se, & Domina Catharina sui testatoris uxore legitima, & quam suam uxorem legitimam esse professus fuit, & professatur, fuit dupliciter responsum. Primum, quod denominatio, & tractatus patris non solet nocere tertio, *Jas. conf. 81. in princ. lib. 1. Grat. conf. ult. n. 4. lib. 1. Card. Mantica. de consuet. ult. volum. lib. 1. tit. 1. n. 11. late Peet. de fideicom. q. 11. n. 302. cum pluribus seqq.* Seraph. *decis. 1081. n. 2.* Rota in causa Suerina *Benevisii 13. Martii 1588.* coram bon. mem. Cardin. Plat. & in Romana de Bonellis 29. *Novembrii 1613.* coram R. P. D. meo Ubaldo: maximè quando materia est suspecta ex malo initio, per supra allegata. Et fuit etiam ponderatum, quod prædicta testamenta non continent tractatum legitimitatis qualificatæ ex procreatione durante matrimonio, quia quomodocumque filii essent legitimi live per subsequens matrimonium, live per scriptum, institutio illis debebatur juxta not. per Barr. in cap. *Per venerabilem*, n. 19. *qui filii sint legit.* Socin. *Jun. conf. 42. n. 34. & 36. lib. 1.* Ideoque quidquid ex prædictis testamentis circa legitimam procreationem elici possit, remaneret simplex enunciativa moderna, si dematur tempus litis, & unica, cum sit ab eadem persona: unde etiam circumscripta suspitione, nihil probat, maximè in casu, in quo agitur principaliter de enunciato, *Alex. conf. 21. n. 4. vers. Sed non probabitur, lib. 1. Rota decis. 388. par. 1. divers.* Secundò fuit responsum quod neque verba dictorum testamentorum inferunt pernecesse, quod Ubertus, de cujus persona stricte agitur, fuerit procreatus ex legitimo matrimonio, cum possit verificari in legitimo per subsequens, qui tempore testamenti rectè potuit dici natus ex testatore, & Catharina legitima uxore, non quia esset talis de tempore procreationis, sed quia secundum assertionem testatoris erat talis de tempore testamenti. Nec officit quod qualitas adjecta verbo intelligatur secundum tempus verbi, *J. in delictis, §. Extraneus, ff. de noxal.* quia qualitas uxoris non est adjecta verbo, procreatos, sed est adjecta personæ Catharinæ, & sic fiat, vel saltem stare potest demonstrative ad personam Catharinæ de tempore testamenti, & non qualificative ad filios de tempore procreationis. Et quod intentio testatoris fuerit potius demonstrare Catharinam, quam qualificare procreationem Uberti, patet ex illis verbis, quam suam uxorem legitimam esse (& sic de tempore testamenti) procreatus fuit, & professatur, &c.

Ad secundum genus probationis deductum ex eo quod Ubertus possederit bona paterna, necnō

etiam fidei commissio subiecta, & ulterius fuerit à Rolando patris suo, & qui illo exilente incapace succederet in fidei commissio, nominatus depositarius medietatis Caltri Zibelli. Quoad possessionem bonorum paternorum responso patet ex supra deductis, nempe quod hæc non noceret tertio, & nec etiam inferit possessione legitimatatis qualificatæ ex iusta procreatione, cum pro habenda possessione bonorum paternorum, sufficiat Ubertum quomodocumque fuisse legitimatum live ex rescripto Principis, live ex subsequenti matrimonio ex allegatis. Quoad possessionem bonorum fidei commissio, de quo agitur subsectorum, fuit responsum neque ex illa aliquid inferri: quia cum Ubertus fuisset hæres Bernardini ultimi gravati, fuit illi debita possessio bonorum fidei commissio subsectorum, & ab illius manu debebant recipere fidei commissarii, late per Dec. *conf. 467. n. 12.* & de communi Rota *decis. 43. n. 1. par. 1. divers.* Nec facit quod fidei commissarius per aliquod tempus non moverit litem Uberto: quia cum haberet triginta annos ad petendum fidei commissum juxta notata in *Sicut ff. de præscript. 30. vel 40. annor.* patiendo pro minori tempore, non fuit ei in aliquo præjudicatum: alius tractaretur quod si fidei commissarius apertò fidei commissio non movet inconstitutam litem constituit hæredem gravati in quali possessione qualitatibus, in qua prius non erat, quod nullo jure cautum reperitur. Fuerunt etiam dati testes deponentes, quod Rolandus fidei commissarius iactabat quod filii Bernardini erant illegitimi, & incapaces, & quod volebat illis movere litem, & etiam constat, quod dictus Rolandus pro majori parte temporis fuit carceratus, sique non facile potuit incumbere litibus civilibus: unde ex istis eò minus potest fieri fundamentum super potentia fidei commissarii. Quo verò ad depositum medietatis Caltri Zibelli fuit dictum ex illo bene inferri confidentiam Rolandi erga Ubertum, sed nihil habere commune cum legitimitate, maximè qualificata, cum non sit qualitas ulla tenus necessaria ad recipiendum depositum.

Quoad tertium genus probationis deductum ex testibus, discutendo super singulis neque visum fuit relevare. Primum testis Stephanus de Cavallis, dum dicit quod Bernardinus, & Catharina tractarunt Ubertum, & alios filios pro legitimis, & naturalibus, & ita etiam vidit eos teneri, & reputari à subditis, & vassallis nihil nocet. Nam quoad tractatum parentum responsum est supra in primo genere probationis. Quoad reputationem vassalorum, testis non deponit per verbum communitè, prout requiritur ad istum effectum. Verall. *decis. 210. par. 2.* & est requirere quod in teste indefinita non æquipolet universalis, ut per scribentes in cap. *Auditu, de præscript.* Ideoque potest dictum istius testis verificari in duobus, vel tribus vassallis, qui filios Bernardini reputarent tales: & ipsemet testis refert multos, qui habebant filios Bernardini pro non legitimis, & denique testis non dicit quod filii Bernardini fuerint tractati, & reputati uti legitimi, & naturales procreati ex legitimo matrimonio. Ideoque potest illius dictum verificari in legitimatibus per subsequens, vel per rescriptum, qui non succedunt in similibus fidei commissis, ut dictum est supra.

Secundus testis Raymundus del Pizzo in eo quod deponit de tractatu Bernardini erga filios, testis

sollicitus ex dictis in proximo. Dum autem dicit quod Catharina ante ortum Uberti, & subsequenter fratrum dicta fuit esse, ac habebatur, tenebatur & reputabatur ab hominibus Zibelli, prout vidit ipse testis, uxor Bernardini, & ab eo desponsata, neque in hoc visum fuit relevare. Primum quia non dicit, quod Catharina ante ortum Uberti communitè reputaretur uxor, quod erat necessarium, cum aliis ejus dictum pollet verificari in duobus, vel tribus vassallis, qui ita reputarent, ut dictum est in proximo teste. Secundò non deponit quod ita reputaretur ante procreationem Uberti, cum ortus possit verificari in sola nativitate post matrimonium, & tamen fidei commissum vult procreatos ex legitimo matrimonio, & non contentatur de natis durante matrimonio, ut patet ex illis verbis, procreatos, & natos.

Tertius testis Franciscus Parafaccus deponit de simplici auditu: unde super illo non fuit immoratum.

Quartus testis Baptista de Ferrariis dicit, quod Bernardinus, & Catharina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis conjugibus, & procreantur articulos filios, & plures reputabant eos pro veris, & legitimis conjugibus, & etiam aliqui dicebant; quod inter eos non potuit esse verum matrimonium: dictum fuit istum testem in primis non deponere præcisè quod filii procreati post reputationem matrimonii. Secundò est quod hoc dicat, non reddit rationem concludentem matrimonium ante procreationem, quia quod Bernardinus, & Catharina reputarent, & tractarent se ut tales, non probat quod de illo tempore fuerint inter illos matrimonium, quia dato malo initio, hujusmodi tractatus non probant matrimonium. Innoc. in cap. *Ex parte, n. 5. de restit. sponsal.* & fuit late dictum in causa Cracovien. Illegitimitatis, 22. *Maj 1606.* coram me. Circa illud quod dicit de reputatione aliorum, non concludit, cum non deponat per verbum, communitè, ex dictis super duobus proximis testibus; imò deponit de illis, qui reputabant in contrarium.

Quintus testis Bernardinus de Franciis dicit, quod iudicio suo possunt esse viginti anni, vel circa, quod ipse testis dici audit a pluribus, & quod publicè dicebatur in loco Zibelli Bernardinum desponsatè Catharinam, & eam in uxorem accepisse, & quod obinde citra dictus Bernardinus suscepit ex ea Ubertum. Iste testis circa quasi possessionem legitimitatis qualificatæ ex procreatione visus fuit non probare. Primum, quia quod Catharina esset uxor Bernardini de tempore susceptionis Uberti, non deponit nisi per rationem quod publicè dicebatur, quæ ratio ad summum concludit publicam vocem, & famam, quæ facit semiplenam probationem, & ipse tamquam unicus facit semiplenam istius semiplenæ. Præterea iste testis non deponit de procreatione Uberti post matrimonium, sed de susceptione, quæ potest verificari in simplici nativitate Uberti post matrimonium, quæ nativitas non sufficeret ex supra allegatis: & etiam fuit observatum, quod iste testis deponit de fama in loco Zibelli, quæ non suffragatur, cum Ubertus fuerit natus in loco Varani: fama enim ut probet, debet esse in loco, ubi actus est gestus. *Salic. in l. ea quidem, n. 103. C. de accusat. Natta conf. 473. n. 16. vers. Item prædicti testes.*

Sextus testis Barrotius de Burgo omnia depo-

nit de auditu simplici: ideoque super illo non fuit immoratum.

Septimus testis Joannes de Magistris dicit se cognovisse uxorem Bernardini, de qua in interrogatorio, de anno 1516, quo tempore erat nupta in dictum Bernardinum, & hoc scire, quia vidit, & audiebat, & intelligebat dictum Bernardinum eam tenere, reputare, & nominare pro uxore: & e converso ipsam eum tenere pro marito, & ita eos teneri à vicinis, & aliis cognoscentibus, & testis ita eos tenit, & reputavit, tenebat, & reputabat palam, & publicè. Idem testis super 13. interrogatorio dicit, quod Bernardinus ex dicta ejus uxore antequam esset uxor, habuit unum filium nominatum Federicum, & postquam fuit nupta in Bernardinum, habuit Ubertum, & alios filios, & ita audit, & intellexit, ac vidit ipsum Bernardinum, & Catharinam, ipsos filios, ac filias pro talibus natis habere, tenere, ac reputare, & nominare, ac ab aliis haberi, teneri, & reputari palam, & publicè in terra Zibelli. Iste testis & ipse visus fuit potest evitare. Nam in primis non deponit de procreatione Uberti post præsumtum matrimonium, sed per verbum, habuit, quod est æquivocum, & potest referri ad simplicem nativitatem post matrimonium, quæ non sufficeret ex supra dictis. Præterea in eo quod dicit, quod Bernardinus postquam sibi fuit nupta Catharina, habuit Ubertum, & alios filios, nullam reddit causam scientiæ, prout debebat, cum non interfuerit matrimonio, ita, ut certò sciret tempus illius: imò se restringit ad simplicem auditum, & intellectum ibi, & ita audit, & intellexit: & in omnem eventum in hoc esset unicus. Dum autem subiungit vidisse ipsum Bernardinum, & Catharinam filios pro aliquibus sic natis habere, tenere, & reputare, ac nominare, nihil aliud concludit, quam tractatum parentum, qui non nocet tertio ex supra deductis. Dum autem dicit ita fuisse tenentos ab aliis, non subiungit hoc fuisse communitè, prout requiritur ex supra allegatis. Præterea non deponit de loco Varani, prout requiritur ex pariter allegatis.

Postremò quidquid dici possit cum solis probationibus Dominorum de Pallavicinis, res visæ fuit reddi magis dubia ex deductis pro parte Dominorum de Rangonibus. Nam in primis fuit datum instrumentum confectum per Ubertum cum præsentia, & assensu matris de anno 1526. 17. *Novembrii*, in quo medio juramento confitetur se esse majorem 17. annis, & ultra: ideoque apparet, quod erat natus ante annum 1510. de quo tempore Bernardinus, & Catharina procurarunt executionem mandati de dispensando pro contrahendo matrimonio, & sic non erat adhuc inter illos matrimonium. Nec movit Dominos, quod indicio, de qua in dicto instrumento, non concordet cum dicto millesimo: ideoque possit esse erratum in millesimo, sicut in indicione: quia visum fuit circa millesimum tamquam rem notissimam non potuisse errari, quod scus est in indicione, quæ paucis est nota. Non etiam movit Dominos, quod Ubertus potuerit errare circa propriam ætatem, cum homines de tempore nativitatis non habeant usum rationis: quia à communiter accidentibus homines maximè nobiles vel per relationem propinquoarum, vel aliis solent scire propriam ætatem: ideoque inolevit praxis

ut illis credatur circa propriam aetatem, sicut videmus praticari in testibus etiam ubi aetas est de substantia, ut in testibus deponentibus super immemorabili; & cum mater bene conscia aetatis filii esset praeciosus, & autorizans, multum verisimile est quod admonisset filium si errasset in assertionem aetatis: & in omnem adum, cum possibile sit quod Ubertus aliquo modo esset certus de sua aetate, standum est illius confessioni jurata donec probetur error, cum regula sit quod confessio plene probet contra contententem, & habentem causam ab illo. Similiter non obstat visum fuit quod Ubertus in alio instrumentum de eodem anno confectio asseruerit se majorem 16. annis, quia in majori aetate inest minor, iuxta not. in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. signif. & hoc modo concordantur similes probationes per Alex. cons. 64. n. 3. & 4. lib. 2.

Secundo principaliter pro parte Dominorum de Rangonibus fuerunt dati testes, ex quibus apparet Jacobam sororem Uberti fuisse natam 18. mensis post illum, & rursus 18. menses Jacobam fuisse natam Pallavicinum, adeo ut Pallavicinus excederet in aetate ab Uberto per tres annos. Ille autem Pallavicinus reperitur nominatus in testamento patris condito de anno 1511. mense Decembris: ideoque apparet quod Ubertus fuit conceptus circa principium anni 1508. & sic ante mandatum de dispensando, de quo supra. Et quatenus fuit replicatum pro parte Dominorum de Pallavicinis, quod testes hoc deponentes iam sunt declarati nulliter examinati, visum fuit Dominis quod ex quo tales testes fuerunt inducti a Dominis de Pallavicinis, quod etiam si sint nulliter examinati, possint contra illos facere magnum administriculum, per ea, quae fuerunt deducta coram Verall. decis. 68. par. 3. & dixit Ruin. cons. 46. n. 10. lib. 4. & Cravett. cons. 198. n. 11. Cardin. Seraph. decis. 58. n. 1.

Tertio fuerunt dati pro parte Raugonorum testes plura deponentes in confuso super illegitimitate filiorum Bernardini, & signanter duo, nempe Hieronymus de Roncho, & Bernardinus de Piccini, qui dicunt publicè audivisse, quod filij Bernardini erant illegitimi, & infucessibiles; quod verbum, publicè, secundum opinionem, quam sequitur Rota importat publicam vocem, & famam, Caputaq. decis. 7. & decis. 189. par. 3. Rota in causa Romana Matrimonij 21. Junij 1611. coram R. P. D. meo Pirovano.

Et licet istae probationes fortè non viderentur sufficientes ad probandam illegitimitatem, quatenus onus probandi incumbet Dominis de Rangonibus; attamen bene visæ fuerunt sufficere ad elidendam, & conqussandam probationem Dominorum de Pallavicinis, cum supra deducta satis sint imperfecta ex genere suo: & quando probatio est debilis, & imperfecta, tunc eliditur, & conqussatur per alias similes contrarias, ut in istis terminis respondit Rota in Cracovien. illegitimitatis coram me, de qua supra.

Erta tentum, &c.

PARMEN. STATUS.

Supra scripta decisio Rotæ quinque habet partes. In prima deciditur, qualitatem procreationis, & nativitatis ex legitimo matrimonio esse à Marchionibus Pallavicinis probandam, nec

probatam censi ex matrimonio inter Bernardinum, & Catharinam, & ex simplici quasi possessione legitimitatis Uberti.

In secunda deciditur, hanc qualitatem non esse probatam ex nominatione, institutione, & tractatu Bernardini eorum auctoris.

In tertia, eandem qualitatem non probari ex eo quod Rolandus passus sit Ubertum possidere bona fideicommissio subiecta.

In quarta, item non probari hujusmodi qualitatem ex testium deponitionibus.

Ultima pars versatur circa probationes partis adversæ.

Ut autem recedatur à decisis, satis erit ostendere qualitatem procreationis, & nativitatis vel non esse probandam, vel certè esse probatam per aliquod genus dictarum probationum. Sed omnino erit recedendum, si docebitur probatam esse per singula probationum genera, ut confidimus.

Et quoad primam partem repetendum est memoria, ante decisionem hujus causæ cum esset dubitatum an Pallavicini tenerent probare contractum matrimonij de certo tempore, & de quo fuisse tunc omisam hujus dubij propositionem, quia ipsi opposuerunt se esse in quasi possessione legitimitatis, ac propterea debere in bonorum possessionem immitti absque ulteriori probatione: atque ita relictæ fuit difficultas ad hanc quasi possessionem posthabita priori disputatione. Et tamen in decisione causæ fit reductus ad primam dubium, & resolvitur Pallavicinos teneri probare qualitatem procreationis, & nativitatis ex matrimonio; quod nihil aliud est, quam ipsos teneri probare matrimonium de tempore ante eorum procreationem: quinimò non solum resolvitur hoc dubium, quod relictum fuerat, & petitorium respicit, cap. Per tuas, qui filij legit. & tradit Menoch. de arbitrar. judic. casu 89. n. 19. sed deciditur etiam aliud, quod postea subsequi debuisset, videlicet matrimonium de certo tempore ante procreationem probatum non esse.

Veritas ergo est idcirco fuisse propositum dubium quasi possessione legitimitatis, quia per eam solum relevabantur Pallavicini ab onere probandi qualitatem procreationis, & nativitatis post matrimonium; nam in judicio possessorio hac qualitas satis probatur ex matrimonio ipso, & simplici quasi possessione legitimitatis, quamdiu oppositum non doceatur, etiam si concubinatus præcesserit.

Quod probatur, quia cum qualitas legitimitatis, in cuius quasi possessione existunt nunc Pallavicini, fuerit apta illis inesse ab origine procreationis, præsumitur ita fuisse, & contrarium asserti incumbit onus probandi, ex doctrina Bartoli post Dynin. in §. prim. n. 18. ff. de nov. oper. nunciat. ubi agens an quasi possessio alicujus status, vel qualitatis transferat onus probandi in adversarium, concludit tunc transferre, quando illa qualitas, quæ inest, fuit apta inesse ab origine rei: quod etiam docuit Bald. in l. Titia divertium, sub num. 2. post med. ff. sol. matrim. ibi: (Circa hoc currum possessio, vel quali relever ab onere probandi. Dicatur status quem inducit possessio, potest naturaliter inesse origini; & tunc relever ab onere probandi, &c.) & idem Bald. cons. 351. sub num. 2. vers. Præterea quovis, lib. 1. ubi præterea con-

10
11
12

consulto ex simplici quasi possessione vasallatus probari aliquem fuisse vasallum ab origine nativitatis. Sequitur Jaf. in d. l. Si prim. n. 43. Peregrin. de fideicommiss. art. 43. n. 69. & alij apud Pulvium Pacian. de probat. par. 2. c. 20. n. 1. & 2. & Mascard. ad tr. ad. concl. 1194. n. 20.

Quam conclusionem probant textus expressi in l. Liberos, §. Si quis ex servitute, ff. de liber. casu. in l. Si filius, & in l. Circa eum ff. de probat. in l. Mover, c. Si serv. ex port. ven. in l. Matrem, & in l. Ad probationem, la secunda, c. de probat. Ex quibus juribus constat existentem in possessione libertatis servitutis, vel alterius similis qualitatis, live agat, live conveniatur, non teneri probare se fuisse in hac quasi possessione ab origine nativitatis, quia cum aptè poterit nasci liber, aut servus, & nunc absque dolo reperitur in quasi possessione hujusmodi qualitatis, liberatur ab onere probandi, illudque transferri in adversarium suum.

Et per hanc Bartoli theoreticam, quod quasi possessio legitimitatis sufficit ad demonstrandam veram legitimitatem etiam in petitorio, quia hæc quasi possessio non repugnat origini, & primo statui filiationis, imò et convenit, cum præsumptio sit filium ex legitimo matrimonio esse natum, tradit Menoch. viden. de arbitrar. jud. lib. 2. d. casa 89. num. 71. & Burfatt. cons. 384. num. 17. vers. Quartum minus, vol. 4. ubi loquitur ad effectum succedendi in bonis veram legitimitatem requiruntibus, ut in themate, & pluribus relatis ostendit hanc esse veriorum, & magis communem opinionem; & sequitur Simon. de Præc. de inter. pret. arbitrar. vol. 5. dub. ult. num. 189. Qualitas enim veræ legitimitatis habet juris communis assistentiam: tum quia cum necesse sit quemlibet nasci ex coitu, qui vel licitus sit, vel prohibitus in dubio præsumi debet licitus, secundum Bald. in l. 1. num. 3. §. de in qui accus. non poss. ubi ait ex honesta conjectura inhonestam præsumptionem favore prolis innocenti excludi: qua ratione filium in dubio præsumi natum legitime, latè probant Bero. cons. 19. num. 6. & seq. vol. 2. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 54. num. 22. & seq. Cephal. cons. 435. num. 8. vol. 3. tum quia esse illegitimè natura, propter maculam originalem quædam nota, & infamia facti creditur, quæ non præsumitur nisi probetur, ut arguit loco cit. Menoch. num. 29. & alias rationes adducit Paleott. de noth. & par. 8. c. 20. n. 3. & seq.

Ideoque filium præsumi potius natum post matrimonium, quam ante, & contrarium dicenti incumbere onus probandi, docuerunt in specie Bald. cons. 213. occurrit, in fin. vol. 2. Salic. in l. Neque naturales, n. 3. vers. Item istam glossam, c. de probat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 37. & Matth. Vvesembecius cons. 44. sub n. 6. §. 4. vers. Et ita, ubi testatur de communi. Et hac ratione videmus probari aetatem etiam ex matrimonio, quia si verum est matrimonium à decem annis contractum fuisse, verum etiam est filium non esse majorem annis decem, cum post matrimonium natus censeatur, ut ex communi opinione concludit post alios Qdd. de verbis, in integr. par. 1. §. 37. art. 10.

Quamobrem cum qualitas legitimitatis non modo sit apta inesse origini nativitatis, & procreationis, sed censeatur etiam inesse juris præsumptione: non est dubitandum quominus per illius quasi possessionem Pallavicini fuerint libe-

13
14

rati ab ulteriori probatione: & hanc esse receptiorum, ac veriorum sententiam testatur d. præsumpt. §. 4. Menoch. n. 31. vers. Hac receptior, & de rior sententia. Constat autem manifestè hæc omnia eodem modo concludere live copula præcesserit matrimonium, live non; quia cum consistat de utroque statu matrimonij, & concubinatus, nec appareat quo tempore natus fuerit, jus præsumitur natum cum ea qualitate, in cuius possessione nunc reperitur, & quæ tunc apta eidem inesse ab origine procreationis, nec attenditur possibile contrarium, ut advertunt omnes initio relati, & declarat Eyerard. in loco à tempore ad tempus n. 20. & hoc ipsum consideravit olim Rota in hac causa coram Seraph. decis. 1000. n. 8. in hæc verba: (Concubinatus verò licet faciat, ut cum præcesserit, non possit postea deduci concubitus probatio ex cohabitatione, &c.) tamen cum in hoc casu cum cohabitatione concurrant et alia inferentia ad matrimonium, utique ex illis tollitur illa æquivocatio, quæ ex præcedenti concubitu oritur: & propterea non obstat malum initium docuit similiter in hac causa decis. 978. n. 7. etiam Seraph. Et in propriis terminis filium præsumi natum in dubio post matrimonium, etiam vir uxorem ante matrimonium cognoverit, conluit Ruin. cons. 51 n. 20. vers. Præterea ex quo, lib. 5. Jaf. cons. 168. col. 3. vers. Secundo principaliter, vol. 4. ubi alios allegat, & Marcabrun. cons. 73. n. 46. & seq.

Quibus accedit quod Doctores supra relati loquuntur, vel quando constat tantum de matrimonio, & filiatione, ut Bald. Salic. Alciat. Ruin. & Jaf. vel quando constat solum de filiatione, & sumus omnino dubij, ut Bero. & Menoch. d. præsumpt. n. 22. & seq. vel quando solum constat de quasi possessione legitimitatis, ut Menoch. de arbitrar. judic. Burfatt. & Sim. de Præc. & tamen hi omnes censent filium censi procreatum legitime ad effectum successionis, idque etiam in petitorio, ut Menoch. & Burfatt. Ergo hoc casu, in quo tria copulative concurrunt, nempe matrimonium, filiatione, & quasi possessio legitimitatis, & veramur in possessorio, res videtur omnino indubitabilis, ut in puncto animadvertit Menoch. lib. 6. de præsumpt. §. 4. n. 3. §. in fin.

Nec prædictis obstat decis. Seraph. 1081. num. 2. allegata in decis. per quam deciditur ad effectum successionis in suo casu duo esse probanda, videlicet matrimonium, & nativitate ex matrimonio.

Respondetur enim ab ea decisione tamquam non juridica, & edicta una tantum parte innotante, fuisse postea recessum, ut patet in decis. 1300. ejusdem Seraph. ac præterea ibi nec de matrimonio constabat, nec de quasi possessione legitimitatis, ut colligitur ex n. 2. & §. unde patet quàm malè ex ea inferri possit ad hunc casum, in quo constat de utroque.

Et eodem modo responderet ad cons. Cephal. 88. vol. 1. ubi consultit filium probare debere se natum esse post matrimonium, cum in concubitu natus præsumatur: nam in suo casu filium non erat in possessione legitimitatis, nec constabat de vero, vel putativo matrimonio, sed tantum de præcedenti fornicatione, ut ipse se declarat sub n. 43. vers. Postremo, & sub n. 56. ibidem verè, & certitudinaliter constat de fornicatione præcedenti, & non liquet concludenter de matrimonio subsequen-

quenti; & propterea cum de fornicatione clare appareat, verisimilius est illum esse natum ex ipsa fornicatione.) Hæc ibi. Unde hoc casu, in quo constat de quali possessione legitimatis, & de præcedenti matrimonio verissima est conclusio, quam ibidem ponit Cæphal. n. 1, quod natus ex concubina desponsata, natus videatur potius post desponsationem, quam ante.

Ex quibus ni fallor sublata est prima hæc conclusio Rotæ, quia revera Pallavicini non tenentur probare qualitatem procreationis, & nativitatis ex matrimonio, cum hæc qualitas satis probetur per matrimonium ipsum, & quali possessionem legitimatis ex juris præsumptionibus, qua dicuntur liquidissimæ probationes, ut per Burlat. in his terminis d. conf. 384. n. 14. Cæphal. d. conf. 43. n. 4. Seraph. d. decis. 1000. n. 14.

In secunda parte decisionis resolvitur non probari qualitatem procreationis ex matrimonio per nominationem, institutionem, & tractatum Bernardini: & tamen in aliis decisionibus hujus causæ hæc Rota semper agnovit, probavitque legitimatem Pallavicinorum uti qualificatam. Nam in decisione coram Robuiterio 2. Decembris 1573. censuit consistere de matrimonio ad effectum legitimatis pro successione bonorum fideicommissi, de quo agitur, subsecutorum, ut ibi in primis, & vers. Sexto, & vers. Sicut nec agitur & coram Illustissimo Cardinali Ludovico 10. Aprilis 1606. pendit successibilitatem Pallavicinorum in fideicommissi, in quo non veniebant nisi nati ex legitimo matrimonio: & coram Seraph. dicta decis. 1000. sub n. 17. vers. Octavo; consideravit relationem Cardinalis Simonetta Paulo III. factam quod iidem nati essent ex legitimo matrimonio. Quam verò solidiores fuerint rationes veterum decisionum, quam hujus novissima, patebit ex inspectis. Nam ex tribus fundamentis ultimæ decisionis, primum est, quod institutio debebatur Pallavicinis quomodocumque essent legitimati etiam per subsecuens matrimonium, & ideo ex institutione Bernardini non potest inferri ad qualificatam legitimatem filiorum institutorum.

Huic primo fundamento repugnat veritas facti, quia Ubertus fuit institutus à Bernardino in Castro supposito fideicommissi veram, & non fictam legitimatem requirenti, & quorum Ubertus capax non fuisset nisi ex legitimo matrimonio fuisset procreatus, & in puncto tradit in hac ipsa causa Put. decis. 7. de sponsal. Ergo ex nominatione, & institutione in bonis, quorum legitimari per subsecuens matrimonium non erant capaces. Ubertus constitutus fuit in quali possessione qualificata legitimatis: ita in terminis Bero. conf. 19. n. 7. & seq. lib. 2. Menoch. lib. 6. d. præsumpt. 54. n. 38. Pacian. de probat. lib. 2. c. 16. n. 77. præsertim quia Bernardinus habuit ex ætate notitiam hujus fideicommissi, cuius ter obtinuit confirmationem.

Alterum Rotæ fundamentum est, quod tractatus patris non soleat nocere tertio: quæ tamen regula nunc patitur quatuor limitationes, seu declarationes, quarum unaquæque sufficeret, & tamen concurrunt omnes in casu præsentis. 18. Limitatur enim primò, ut non procedat quoad effectum relevandi possitorem ab onere probandi illudque in adversarium transferendi; quia in hac parte etiam contra tertium hic tractatus o-

peratur, & declarat Paris. conf. 10. num. 100. & num. 109. & seq. vol. 2. ubi ait extare hæc de re a-pertissimas decisiones Bari. & communiter aliorum, Seraph. d. decis. 1000. num. 14. Lup. de illegit. commen. 2. §. 3. num. 53. ad fin. vers. Tamen indistinctè, Mascard. de probat. concl. 790. num. 9. Menoch. lib. 6. de præsumpt. 54. num. 48. Bero. conf. 19. num. 7. & seq. vol. 2. & Simon. de Pret. de interpret. vit. volant. lib. 5. dub. ult. n. 187. & seq. ubi loquitur in specie de adscribenda possessione ex remed. l. fin. C. de edict. D. Andrian. vollen.

Declaratur secundò, ut procedat in simplici nominatione, & incidenti assertionem parentum, in quibus terminis tantum loquitur Jas. Mant. Seraph. & alii in decis. allegatis, ut patet ex illorum inspectione: sed aliud dicendum est in nominatione facta propter se, & conjuncta cum institutione; quia hæc non dicitur simplex nominatio, sed tractatus, qui operatur etiam in præjudicium tertii: ita in propriis terminis declarat Gozadin. conf. 13. n. 33. vers. 2. præfati testes, & num. 53. vers. Non obstat. Jas. ubi multipliciter respondet Jafoni, & testatur contra eum esse magis communem opinionem Doctorum numero, & pondere: & hanc opinionem quando nominatio est facta principaliter, & in actu, qui magis convenit filio, quam extraneo, approbavit idem Jas. conf. 102. col. 1. vers. Secundo ad idem, vol. 4. ut advertit Gozad. loco citato, & idem Jas. in l. Professionem, num. 4. C. de testam. & conf. 114. col. penult. sub num. 6. vers. Et aliter, & 3. vol. 1. Bero. qui similiter reprobat Jas. conf. 19. num. 11. vol. 1. Cæsar de Grass. decis. 18. de probat. & Mascard. de probat. concl. 790. n. 42. ubi post alios concludit tractatum favore legitimatis probare legitimatem etiam contra tertium.

Ratio differentie est, quia ad constituendum filium in hac quali possessione fortior est tractatus, quam nominatio, ut tradit Bald. in l. Non ignorat. C. Qui accus. non poss. Jas. qui hanc differentiam non ignoravit, d. conf. 114. incip. ab objectu, col. fin. vol. 1. Gozadin d. conf. 113. num. 39. Cravett. conf. 408. sub num. 5. vers. ideo fortior est tractatus.

Quamobrem tractatus Bernardini non potest appellari simplex enunciativa, ut dicitur in decisione, cum sit principaliter propter se, & fundamentum dispositionis, & in actu proportionabili filii legitime natus dumtaxat, ut in propriis terminis dixit Bartol. in dict. l. 1. Item per contrarium, num. 3. ff. de liber. Gozadin. d. conf. 13. sub num. 55. Paris. late conf. 10. num. 100. vol. 2. & Cravett. conf. 958. num. 37. nec similiter potest dicitur, cum sit geminata in duobus testamentis, licet sit ejusdem personæ, Castrea, in puncto in l. Non epistola, n. 3. vers. Item videtur, C. de probat. Palcott. de not. & spur. 62. n. 2.

Limitatur tertio, ut non procedat si cum tractatu concurrant alia adminicula, quæ hoc casu plurima concurrere, inferius patebit: eo enim casu tractatus legitimatis operatur etiam in præjudicium tertii, ut late consuluit Cravett. conf. 991. à num. 80. vers. Respondetur, vol. 6. Cæph. conf. 137. n. 51. ubi ait hanc opinionem esse indubitatam, Gabr. conf. 21. num. 43. lib. 2. & Burlat. d. conf. 384. n. 18. vol. 4. ubi testatur de communi opinione: quod clare pendit olim Rota in hac causa coram Ludovico 10. Aprilis 1606. vers. Accedit nominatio

in illa verba: & licet pars adversa contendat hæc enunciativas non esse sufficientes ad probandum matrimonium contra tertium; possent fortiam admitti li per se considerarentur, & non in consensu aliarum præsumptionum.

Limitatur demum, ut non procedat hæc regula cum tertius, cujus interest nominationi, & tractatui acquiescit, quemadmodum acquiescit Rolandus, docebitur in 3. par. Angel. in l. Liberorum, in primis ff. de his, qui noc. infam. Palcott. de not. & spur. cap. 22. in fin. Menoch. de arbitrat. d. casu 89. n. 72.

Tertium, & ultimum fundamentum Rota in hac secunda parte est, quod verba testamenti Bernardini non concludant necessariò procreationem ex legitimo matrimonio.

Quod tamen fundamentum similiter tollitur factò, quia in eodem testamento filios natos ante matrimonium, & legitimatos postea per subsecuens Bernardinus appellat naturales, vel filios simpliciter; Ubertus verò, & fratres vocat filios suos legitimos, & naturales procreatos, & natos ex se, & ex uxore sua, item magnificos, & generosos: ex qua filiorum distinctione convenit nominale, atque agnovisse Ubertum, & fratres uti filios verè legitimos, & ex legitimo matrimonio procreatos, ut in specie advertit Bart. in l. Ex facta, §. Si quis rogatus, ff. ad Trebell. Angel. conf. 366. n. 5. vers. Primo si testator in aliqua parte testamenti de naturalibus fecit mentionem, & Cæf. de Grass. decis. 18. n. 5. de probat. Præsertim habita ratione prægnantia verborum, quibus usus est testator cum de Uberto, & fratribus sermonem habuit: & hæc filiorum distinctio olim non latuit Rotam, ut patet in decisione hujus causæ coram Cardinali Ludovico 10. Aprilis 1606. vers. Nec ex concubina.

Sed jure etiam tollitur hoc fundamentum, quia etiam Bernardinus Ubertum, & fratres simpliciter nuncupasset filios suos legitimos, & naturales absque alia filiorum distinctione: adhuc tamen ipsi hæc nuncupatione, & tractatu constituti essent in quali possessione veræ legitimatis, ita, ut absque alia etiam probatione ad fideicommissum veram legitimatem requirens, deberent admitti. Ita in propriis terminis Burlat. d. conf. 384. n. 13. vers. Quarto cum principaliter, vol. 4. & Bero. d. conf. 19. n. 7. & seq. vol. 2. & Cæf. de Grass. decis. 18. num. 11. de probat. ibi. (Oppositio quod poterunt nominari legitimi, quia essent legitimi, non placuit prædictis omnibus concurrentibus, & pluribus ex Dominis visa est nimia subtilitas.) Verba enim illa etiam simpliciter prolata, intelliguntur de filijs legitime procreatis, d. l. Ex facta, §. Si quis rogatus, ff. ad Trebell. Mascard. de probat. d. concl. 798. num. 11. nec verificantur in legitimatis per subsecuens factem ex communi usu: loquendi, Cæph. post alios, quos citat, conf. 82. num. 18. & seq. vol. 1. & conf. 276. n. 27. vol. 2. Peregrin. de fideicommissi. art. 22. n. 38.

In tertia decisionis parte, ubi resolvitur qualitatem procreationis ex matrimonio non probari ex eo, quod Rolandus passus sit Ubertum possidere bona huic fideicommissi subiecta: statuuntur à Rota tres conclusiones. Prima est, quod cum Ubertus fuisset hæres Bernardini, erat illi debita possessio bonorum huic fideicommissi subsecutorum, & ab illius manibus debebat recipere fidei-

commissarii; ac propterea Rolandus patiendo Ubertum possidere non constituit eum in quali possessione legitimatis qualificate.

Hæc conclusio Rota tacite faretur; Ubertum esse procreatum, & natum ex legitimo matrimonio, quia alioquin illi tamquam incapaci non fuisset debita possessio bonorum fideicommissi, de quo agitur, subsecutorum, ut censuit Rota in Peruhina fideicommissi 15. Januarii 1614. coram D. Decano: & tradunt Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 92. num. 1. Peregrin. conf. 4. n. 55. vol. 1. & reventores Bononien. de leg. contrat. quæst. 19. art. 2. ubi restantur ad hæc sententia neminem assidere. Aut igitur Uberto erat debita possessio dictorum bonorum, aut non. Si erat debita, ergo erat legitime natus ex dictis proximè. Aut non erat debita; & tunc Rolandus fideicommissarius non tenebatur recipere de illius manibus, & consequenter patiendo Ubertum possidere bona veram legitimatem requirentia, illum constituit in quali possessione veræ, & non fictæ legitimatis, per textum in l. Alias incipit, Quod Senat. §. Item per contrarium, ubi hoc docet Bart. ff. de liber. agnosce. & alii apud Menoch. lib. 6. præsumpt. 54. n. 38.

Præsertim quia ex alio quoque capite Rolandus tenebatur capere de manu Uberti. Nam cum in testamento Joan. Francisci adesset prohibitio de non alienando in favorem fideicommissarii, in casu alienationis poterat Rolandus possessionem rei alienate propria autoritate ingredi, Zanchi. in repet. l. Hæres mei, §. Cum ita, n. 407. ff. ad Trebell. Bero. conf. 129. num. 15. lib. 2. Petr. de fideicommissi. quæst. 3. num. 30. & 31. Prout revera propria autoritate ingressus fuit possessionem bonorum Polidori alterius fratris, licet superesset Livia Polidori filia. Veritas ergo est, Ubertum non possedisse hæc bona, ut illa restitueret fideicommissarii, sed ut sibi retineret ex testamento paterno. Siquidem huic causæ, de qua cogitat, tribuendus est actus possessionis, ne debeamus aliam causam præsumere, Rota decis. 1000. n. 22. par. 3. d. vers. Et revera mirum videtur huic Rotam ita censuisse, quæ tamen olim semper habuit patientiam Rolandi pro validissima præsumptione, ut coram Robuiterio 2. Decembris 1573. vers. Sexto, coram Seraph. d. decis. 1000. num. 15. vers. Quinto concurrat alia validissima præsumptio; & coram Cardinali Ludovico 10. Aprilis 1606. in illis verbis, validissima etiam præsumptio visa fuit illa, quam aliàs magni fecit Rota, nempe successio filiorum Bernardini in bonis fideicommissi, de quo agitur, subiectis sciente, & patiente Rolando.

Conclusio secunda, quam ponit Rota in hac tertia parte est, quod Rolandus patiendo Ubertum possidere hæc bona minori tempore, quam triginta annorum, non constituit eum in quali possessione hujusmodi legitimatis.

Hæc temporis ratio forte concluderet in iudicio proprietatis; sed quoad possessionem Rolandus inculcit sibi præjudicium eo ipso, quod fecit Ubertum possidere, & non contra dixit, Bart. in l. Si de eo, §. Si forte, num. 4. vers. Quia dicendum ff. de acquir. possess. & tradunt in cap. Cum venissent, de restitu. spoliat. Bur. num. 15. & Abb. num. 15. Neque enim unquam reperitur jure cautum, ut ad constituendum aliquem in quali possessione ali-

qualitatis, requiratur longissimum tempus triginta annorum. Quandoquidem id requiritur pro acquisitione domini ex prescriptione, non autem pro quali possessione adipiscenda, quae illico etiam ex unico actu acquiritur. Ripa in cap. Cum Ecclesia sutrina. n. 52. extra de cau. poss. & propra. & in terminis quali possessionis legitimatis tradit Menoch. de arbit. judic. dicto casu 89. n. 73. & generale est, ut quali possessio non requiratur praescripta nisi in petitorio, ut idem Menoch. in Commen. retin. t. med. §. quast. 3. num. 49. & 4. n. 53. vers. Dissolvendus est modus, relatus à Masca. de probat. concl. 1194. n. 51.

Ultima conclusio tertiae partis est, quod Rolandus fuit carceribus mancipatus, & non potuit illico impedire, quominus Ubertus possideret. Quod tamen similiter cessat ex facto; nam a morte Bernardini ad incarcerationem Rolandi intercessit spatium duorum annorum cum dimidio. Unde ille tamdiu passus non fuit Ubertum possidere bona, in quibus ipse successisset, si Ubertus fuisset incapax, nisi eum verè legitimum, & capacem existimasset. Praesertim quia eo temporis intervallo licet eger occasione bonorum huic fideicommissio subjectorum contra filiam Polidori fratris testamentum excusam. Unde cessat quod dicitur in decisione, quod Rolandus tunc non potuerit vacare litibus: quemadmodum etiam cessat, quod ipse jactaverit filios Bernardini esse illegitimos.

Quoniam ex tribus testibus de hoc deponentibus alter singularis est, aliter iam rejectus à Rota, alter verò non solum dicit Rolandum ea verba protulisse calore iracundiae, sed deponit etiam de iudicio suo. Nam cum Rolandus dum agebat de illegitimitate, non expresserit de quibus intellexerit, testis suspicatur eum de filiis Bernardini fuisse locutum. Sed nihilominus etiam de illis intellexisset, potentiora tamen fuerunt ejus facta pro constituendis illis in quali possessione legitimatis, quam verba oppoluit deignantia, cap. Per tus qui filii sine legit. & dixit Rota in hac causa coram Cardinali Ludovico 10. Aprilis 1606. Ceterum quamvis patientia Rolandi ad hanc quasi possessionem inducendam non fuisset sufficiens, tamen satis fuerunt actus illius positivi. Siquidem cum Rolando in carceribus detento Ubertus, & fratres occupassent partem Arcis, & oppidi Zibelli ad Rolandum pertinentem, ut postea à violentiae suspitione se excusarent, Nuncio ad Clementem VII. ablegato declararunt se partem hujusmodi occupasse non animo spoliandi Rolandum, sed ut illam eidem, ac libi ipsi conservarent, cum in ea jus se habere praeponderent. Quod cum audivisset Pontifex, per litteras in forma Brevis, in quibus Ubertum, & fratres appellavit feudatarios Sedis Apostolicae decrevit, ut hac pars arcis, & oppidi, ut proponitur occupata, deponeretur penes aliquam personam ab ipomet Rolando eligendam, quae Uberto, & fratribus cautionem daret ne in parte arcis, & oppidi ad eos spectante molestarentur. His litteris, in quibus ut diximus Ubertus, & fratres dicebantur feudatarii, & asserbantur jus praeponderare in portione Rolandi, non modo Rolandus ipse acquievit, sed amplius etiam iisdem litteris per publicam scripturam approbatis elegit ipsummet Ubertum, & fratres in depositarios ejus portiones arcis, & oppidi, ut

in sum. n. 4. In quo quidem actu Rolandus auctor partis adversae primo tacite approbavit Ubertum esse feudatarium Sedis Apostolicae, & consequenter verè legitimum, cum nulla alia adessent feuda, nisi subjecta huic fideicommissio veram legitimam requirerent. Secundò passus est, ut eidem Uberto praeferretur cautio pro parte arcis, & oppidi ad eum spectante: in quo actu similiter passus est illum verè fuisse legitimum, ac successibilem; neque enim illa ratione poterant haec bona ad Ubertum spectare, nisi quia habebat qualitates à fideicommissio requisitas. Tertiò audivit Ubertum jus praeponderare in parte arcis, & oppidi eidem fideicommissio subjecta, & ad ipsum Rolandum pertinente, & non contradixit. Unde necessariò admittit, ut Ubertus tamquam verè legitimus gereret se pro fideicommissario, quia alioquin estis esset legitimatus per tubsequens matrimonium, & Bernardini haeres existeret in portione dimidia Castris Zibelli, nullum tamen jus praeponderare potuisset in alia portione Rolandi, ad quam vocari non poterat nisi ex fideicommissio. Quarto non modo his omnibus acquievit Rolandus, sed amplius etiam voluit pars ista, in qua Ubertus jus praeponderare, esset sub ipso Uberto deposito. Què adum si omnia simul perpendantur, non potest dici fecisse ratione confidentiae, sed tantum quia agnovit illum legitimè natum, & procreatum. Praesertim quia agebatur de fortalicio, & re propria, quam verè similiter non possidet in manibus illegitimorum stante amplissimo fideicommissio paterno; quae sunt formalia verba Rotae in hac causa coram Robulterio 10. Decembr. 1573. vers. Imò idem Rolandus: & dixit etiam coram Seraph. decis. 100. ubi: (Quintò concurrunt alia validissima praesumptio, quia Rolandus mortuo Bernardino non solum non curavit recuperare bona, quae ad ipsum pertinebant, filiis illegitimis existentibus, sed etiam fecit actum potivum in contrarium: nam dum esset in carcere, declaravit velle ut bona sua jurisdictionalia deponeretur penes Pallavicinos suos nepotes filios Bernardini.)

Constituamus ergo ex una parte Ubertum, ex altera Rolandum, ad quem in casu incapacitatis, Uberti pertinebat integrum oppidum Zibelli subjectum huic fideicommissio: & consideremus Rolandum fuisse exhibitus litteras Apostolicas, in quibus Ubertus appellabatur feudatarius ratione bonorum huic fideicommissio subjectorum, & dicebatur jus praeponderare in illa portione occupata arcis, & oppidi, quae ad solum Rolandum spectabat, & in qua Ubertus non poterat jus praeponderare nisi tamquam fideicommissarius, & ex legitimo matrimonio procreatus. Consideremus denique Rolandum, licet de arce ageretur, quae res est apud Barones gravissimi momenti, & difficilis recuperatu, praesertim ex manibus illorum, qui jus praeponderant: tamen his omnibus auditis, & lectis, non solum nihil repugnasse nuncupationi Pontificis, & praesentioni Uberti, sed praeterea etiam voluisse ut eadem pars arcis, & oppidi sibi continerentur, in qua Ubertus jus praeponderare, esset sub ipso Uberto deposito, & litteras Apostolicas solemniter approbasse. Certè his perpensis nemo erit qui neget Rolandum permisisse, ac Ubertus gereret se pro fideicommissario tamquam verè legitimus, & successibilis: nam alioquin Rolandus nemo nullo modo voluisset, ut in detrimentum

pro-

proprium filiarum sua pars poneretur sub deposito, & custodia Uberti illegitimi, & incapacis, qui in eadem portione jus praeponderare, & illam occupaverat; sed potius sibi ad injuriam revocasset illius praerogationem, & occupationem, & illi se opposuisset, sicut antea se opposuit Laviniae Polidori filiae. Haec omnia ita se habuerunt, ut praediximus: & revera si actus iste, ut speramus, humaniter expendatur, satis hinc parebit Rolandum consensisse, ut Ubertus gereret se pro fideicommissario in his bonis veram legitimam requirerebus, ac proinde Ubertum fuisse constitutum ab auctore partis adversae in pacifica quasi possessione verè, & non ficta legitimatis, ex his, quae in propriis terminis post Paris. Gozad. & Beron. tradit Menoch. in saepius alleg. praesumpt. 54. n. 38. & Pacian. de probat. lib. 2. c. 16. n. 77.

Sed et si nec taciturnitas, nec actus positivi Rolandi quidquam profuerint, asseruntur nihilominus plures alii actus, per quos Pallavicini constituti fuerunt in hac quasi possessione,

Primum enim defuncto Rolando si Ubertus, & fratres non fuissent verè legitimi ex fideicommissio Rolandi Senioris veram legitimam requirere, successissent in Castris Zibelli, Verani, & Solignani Marchio Sfortia Manfredi filius, & Marchio Hieronymus Christophori filius; & tamen tam Marchio Sfortia per annos quinquaginta quinque, quam Marchio Hieronymus, qui fideicommissi plenam habebant noveriam per annos quinquaginta semper admiserunt Ubertum, ac post eum Marchionem Alphonsum, & Alexandrum ad Castra eidem fideicommissio subjecta: unde ex legitima hac possessione scientibus, ac patientibus iis, quorum intererat, Ubertus, & successores fuerunt politici non modo in possessione, sed etiam in proprietate, & statu verè, & non ficta legitimatis.

Imò verò Marchio Sfortia non tantum passus est Ubertum, & filios tamdiu possidere, sed expressè etiam adoptavit Marchionem Alexandrum ad Castra supposita fideicommissio ejusdem Rolandi Senioris requirenti qualificatam legitimam, declaravitque ex majorum suorum dispositione licere sibi transferre Castra praedicta in ipsum Marchionem Alexandrum tamquam ex descendentiibus masculis legitimis, & naturalibus Joannis Francisci.

Deinde Pallavicinus, & alii posteriores fratres Uberti, quibus delata fuisset successio ex fideicommissio, si Ubertus verè legitimus non fuisset, non modo passi sunt ipsum Ubertum pacificè possidere Castra Zibelli, sed amplius etiam post obitum Uberti possiderunt communiter cum Marchionibus Alphonso, & Alexandro Castra Verani, & Solignani eidem fideicommissio supposita, ac veram legitimam requirentia usque in hanc diem, & tamquam Domini una omnes licem hanc prosequuti sunt annos plura quam octuaginta; ita, ut ex tot actibus positivis Uberti, & descendenti spatio longissimi temporis doceatur de proprietate, & praescriptione verè legitimatis, nemo de illius quae possessione: & nihilominus accedente praedictis plura adminicula praeter famam, de qua tractabitur in quarta parte.

Primum adminiculum oritur ex sententia definitiva inter aiosolata anno 1586. per quam Ubertus pronuncietur natus ex legitimo matrimonio

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret.

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

Prosp. Fagnan. 4. lib. Decret. 12

fuerunt quoad eius fratres, per reg. l. tam hoc iure, §. Sed si, & ibi Bart. n. 1. ff. de vulgar.

38 Diluitur quartò; quia plerique ipsorum deponunt per verbum, palam, & publicè, & inter alios ita etiam deposuit septimus testis, licet omnium id fuerit in decisione: hæc autem publicè, & palam secundam opinionem, quam sequitur Rota, importat publicam vocem, & tamam, Caputaq. de off. 7. & de off. 1. 89. par. 3. & dicitur in fine huius decisionis.

Ac demum diluitur hæc prima ratio quoad presbyterum Jo. Baptistam; quia licet utatur voce illa plures, tamen ex tota ejus depositione apparet eum de majori parte hominum sensisse, cum exceperit tantum aliquos, qui contrarium existimabant, ut dicitur verbis olim dixit Rota in hac causa coram Seraph. dicta de off. 100. sub nu. 4. vers. Num licet utatur.

39 Secunda ratio, quòd testes non deponant de fama in loco originis, nihil obstat; quia sufficit ut probetur in loco, ubi Ubertus fuit educatus, vel conversari consueverat, secundum Bart. in l. De minore, §. Elurimum, n. 10. & seq. ff. de quest.

40 Tert a ratio, quòd testes non deponant de procreatione, tollitur primò, quia procreari ex matrimonio, & nasci non differunt, ut in puncto probat Laderch. Imol. conf. 24. n. 13. ubi ineptam appellat hanc distinctionem: & reverà Juris consulti pronuntiant utatur his verbis, nati sunt, editi sunt, procreati, vel progenti sunt, ut in l. Cum quis, & in l. Nuper, C. de natur. liber.

Et nihilominus sufficere, ut conceptus ex contubinato natus fuerit post matrimonium, etiam si deflator usus fuerit verbi geminatis importanti- bus ad unum procreationis, & conceptionis ex legitimo matrimonio, post Bald. Aluar. & Prapof. tradit Marcabrun, conf. 73. per tot. & presertim n. 20. & seq. usque ad n. 39. & n. 50. usq. ad fin.

Tollitur secundò hæc ratio, quia ex communi usu loquendi testis deponens de legitimis, & naturalibus, intelligitur de legitimis ab origine procreationis, non autem de legitimis per suos sequens. Ceph. conf. 82. n. 18. & seq. & conf. 276 n. 2. Pergrin d. fideiomm. art. 24. n. 38.

Tertio tollitur, quia cum alii testes deponant per verbum, sic cepit, alii per verbum, habuit, hæc verba tamquam apta importare etiam procreationem, & declarantur ex depositione Presbyteri Joannis Boritæ, qui locutus est de procreatione, Seraph. de off. 78. n. 1. presertim quia de hac procreatione deponunt etiam Berolius de Burgo, & Parafacius, qui quamquam sint testes de auditu, negari tamen non potest quin faciant adminiculum: quoad autem Presbyter Jo. Baptistam de procreatione deponit, patet, quia interrogatus an Catharina, & Bernardino existentibus in figura matrimonii fuerint procreati Ubertus, & fratres, respondit dictum Bernardinum, & Catharinam per plures annos se reputasse pro legitimis conjugibus, & procreasse dictos filios. Quæ responsio ut congruat interrogationi, non potest citra cavillationem intelligi, nisi de procreatione ex ipsis conjugibus in figura matrimonii existentibus. Et denique tollitur hæc tertia ratio, quia primus testis deponit Ubertum, & filios fuisse reputatos heredes universales Bernardini, & in specie in Castro Zibelli fideicommissio, de quo agitur, sup- pouto, quod peccande est, ac si dixisset eos fuisse re-

putatos legitime procreatos, & bonis, cum alioquin succedere non possit in bonis eidem fideicommissio subjectis.

41 Itaque ex his testibus simul junctis fama est concludenter probata: fama verò probat quasi possessionem legitimam saltem quoad hoc, ut onus probandi in adversarium rejiciatur, Casar de Grass. de off. 6. n. 2. qui filij sint legit. ubi de communi Put. de off. 172. alias 173. lib. 2.

42 Atque ex his omnibus in compendium relatis apertissime constat. Primùm Pallavicinus non teneri probare procreationem, & nativitatem post matrimonium, cum hæc qualitas abundè probetur ex matrimonio, filiatione, & simpliciter quasi possessione legitimitatis: & nihilominus patet hæc qualitate fuisse concludenter probatam ex nominatione, institutione, & tractatu, ex scientia, & patientia diuturna eorum, quorum intererat, ex actibus positivis eorumdem, ex positionibus, & sententia inter alios lata, ex attestatione Potestatis Parmæ, ex relatione Cardinalis Simonetta, atque ex fama, & communi reputatione: quæ quàmquam singulæ sufficerent ad inducendâ, & constituendam quasi possessionem qualificatâ legitimam, cum tamen omnia simul concurrant: clarissima, atq; indubia hujusmodi quasi possessio verè legitimam redditur, ut dicit Menoch. post alios d. presump. 54. n. 4. & Rota in hac causa coram Seraph. de off. 978. vers. Neg. hæc opinio.

43 Cum presertim hoc casu leviores, & conjuncturales probationes sufficiant ex quinque fundamentis in scripturis facti optimè deductis: & certè hæc in parte plurimum versatur æquitas, ac pietas erga sobolem, quæ nihil peccavit: ideoque quantum fieri potest suppleri debet parentum negligentia, ut pie, ac iustè docet Innoc. in cap. Cum inbibitis, col. 2. in princ. sub num. 3. ibi: non enim oportet circa hoc nimis subtilizare propter periculum illegitimitatis filiorum: atque ibi etiam Butr. n. 17. de clandest. despons.

Ultima decisionis pars, quæ circa probationes alterius partis versatur, duo habet fundamenta.

Primum innititur instrumento, ut dicitur, confecto 27. Novembris 1526. in quo Ubertus confitetur se majorem annis decem, & septem, ex quibus arguit Rota illum fuisse natum ante annum 1510. atque ita ante matrimonium, cum eo tempore Bernardinus, & Catharina procurarent executionem mandati de dispensando.

Hoc fundamentum corrui, quia prædictum instrumentum non probat ex infra scriptis.

44 Primò, quia est sumptum ex sumpto: unde non probaret, etiam si in reliquis esset in forma probanti, Rota de off. 733. n. 10. par. 1. divers.

45 Secundò, quia millefimum repugnat indicationi, ac propterea vitatur in totum, & nihil probat, ut in puncto respondit Dyn. conf. 14. Quidam nomine Nacius, circa fin. vers. Præterea primùm instrumentum, Bald. conf. 66. Etiam tale est, sub n. 4. vers. Sed Innocentius: vol. 3. ubi ait instrumentum, in quo sit falsus dies, vel falsa indicio, in totum vitari, quia illud vitium respicit instrumentum in qualibet parte suis: & citat Innocent. idem tenentem in cap. Fraternalitatis, de heret. Ratio est secundum Innocentium, quem ibi Anchar. Abb. & ceteri sequuntur, quia Tabellionum non debet in instrumento apponere, nisi quod in veritate novit, & in hoc non potest esse ignorantia: unde live scien-

scienter, five ignoranter super his, que tangunt substantialia instrumenti, falsum admisceat, instrumentum nihil valet.

46 Tertio saltem quoad ætatem non est habenda ratio hujus instrumenti, quia non probat datam, Put. de off. 185. n. 2. lib. 3.

Ultimò constat hoc instrumentum, vel confessionem ibi factam fuisse erroneam, quia tunc temporis Rangoni prosequuti fuerant contra Curatorem Uberti usque in finem anni 1535. unde illum minorem confessi sunt, ac sibi præjudicarunt, ut in specie tradit Bald. in l. 2. §. Quod observari, n. 10. vers. Sexto quarto, C. de juram. cautionum. & alii apud

47 Borgnin. de Tutor. & Curat. n. 297. Itaque habemus in hac specie duas confessiones, unam Uberti afferentis se majorem, aliam Rangonorum afferentium illum minorem. Aut ergo prævalere debet confessio Rangonorum favore legitimam, aut confessio Uberti per aliam contrariam confessionem confunditur, & conqulsatur, ita ut nihil probet, ut in terminis respondit Rota in causa Cracovien. Illegitimitatis coram R. P. D. Sacratio, & in hac ipsa decisione in fin. Præsertim quia confessio Rangonorum fuit judicialis, & cum ipso Uberto, de quo nunc agitur, confessio autem Uberti extrajudicialis, & inter alios. Ac præterea cum confessione Rangonorum concurrunt etiam confessiones geminatæ parentum, quod Ubertus esset natus ex matrimonio, & sic quod tunc temporis esset minor. Quæ confessiones prævalere debent unice extrajudiciali inter alios, & de credulitate, cum nemo per veritatem recordetur de die suæ nativitatis, ut inquit Bald. in d. Tutela, col. 2. n. 3. vers. Quia nemo, C. de integr. restit.

48 Sed quatenus hoc instrumentum probaret concludenter ætatem Uberti; non tamen propterea constaret illum fuisse natum ante matrimonium, quia scriptura, quæ producit, executionis mandati de dispensando, continet clausulam, In quorum fidem, &c. per Notarium, scribamque nostrum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri impressione muniti: & tamen de subscriptione, publicatione, & sigillo hujusmodi nihil apparet. Ergo hæc scriptura nihil prolix probat: est enim imperfecta non solum ratione solemnitate substantialis, ut de subscriptione, & sigillo est textus in cap. Inter dilectos, vers. Quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, & vers. Tum quia subscriptio Notarii videbatur manus alterius fuisse, de fid. instrum. & tradit Angel. conf. 220. in princ. Gramm. de off. 106. n. 28. vers. Item deficit subscriptio Notarii, & sic minime probat, & sicut Alex. conf. 153. num. 8. & seq. lib. 2. Sed etiam ratione voluntatis, quia cautum fuit, ut hæc omnia deberent fieri; & tamen nihil est factum; quo casu scriptura etiam alia esset sollemnis, dicitur tamen imperfecta ratione voluntatis, quia nondum fuit habita pro absoluta, & est prolix irrita, ac nulla quoad omnem effectum, per textum in l. Contractus, C. de fid. instrum. atque ibi tradit Bald. n. 1. ibi, sed si requiritur subscriptio Tabellionum, non dicitur perfecta, nisi ea subscripta, & Anchar. conf. 332. Pro clariori, in princ.

49 vers. Hoc pro tanto dico. Sicut videmus quod est testamentum, quod pater condidit inter liberos, valet absque publicatione Notarii, & aliis solemnitatibus, l. Hac consulti sumus, §. Ex imperfecto, & Prosp. Fagn. in 4. lib. Decretal.

Auth. Quod sine, C. de testam. tamen si patet post confectum testamentum voluit, ut illud publicaretur, & ante publicationem obiret, testamentum dicitur nullum de defectu voluntatis, & appellatur potius testamenti preordinatio, quam testamentum, ut egregiè consulit Oldrad. conf. 119. in voce n. dicit testamentum, Cuius opinio communis est, ut testatur Jas. qui in eadem facti specie respondit conf. 119. per totum vol. 4. Ideoque hoc casu dicta scriptura nullum robur adimplet ex temporis diuturnitate. Tum quia cum non fuerit absoluta, non agitur de præsumenda solemnitate, sed substantialis actus, quæ nunquam præsumitur, ex quovis temporis cursu, ut per Alex. conf. 50. in causa, & lite, col. 2. lib. 5. & Dec. conf. 442. in causa, n. 2. vers. Secus si non appareat de substantia actus, quia ex diuturnitate temporis illa non præsumitur. Tum quia ex ipsa scriptura inspectione probatur negativa, quod solemnitates substantialis non intervenerint; quo casu cessat præsumptio illa, quæ surgit ex temporis diuturnitate, Paul. de Castro, conf. 48. in causa quæ vertitur, col. 5. vers. Etsi dicitur propter antiquitatem, lib. 1. ubi ait non dari hujusmodi præsumptioni antiquitatis, cum appareat defectus ex inspectione scripturæ, quia evidentiæ facti collic præsumptionem contrariam, cum nulla sit major probatio, quam per rei evidentiam, & sequitur Alex. conf. 1. vol. 4. n. 1. ibi: Ex inspectione instrumenti apparet quod non intervenerint solemnitates; igitur tunc cessat illa præsumptio, quæ alia in dubio urgetur ex antiquitate, & Felin. in cap. Sicut, sub n. 33. post med. de re judic. ibi: Secus si solemnitas enunciatur, & non fuit integrè descripta; quia tunc diuturnitas temporis non facit præsumptum pro ejus solemnitate: & alii copiose relati à Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 133. num. 79. vers. Declaratur sexto.

Cum itaque ad probandam nativitatem Uberti ante matrimonium duo debeant esse cessarij concurrere copulative, id est, terminus à quo, desumptus ex instrumento, in quo Ubertus fatetur se majorem; & terminus, ad quem desumptus ex prædicta scriptura executionis mandati de dispensando: satis esset Pallavicinis, ut pars altera deficeret in probatione unius ex duobus terminis requisitis, secundum Bald. in l. Titia divortium, per illum textum n. 1. ff. sol. matrim. Sed cum deficiat in utroque, quia nec instrumentum, nec scriptura probet quiddam, clarissima remanet quasi possessio veræ legitimam superioris probata. Atque ex his etiam corrui argumentum desumptum ex nativitate Jacobæ.

52 Ultimùm verò Rotæ fundamentum, quod versatur circa testes Rangonorum, cessat, quia hi testes jam fuerunt in alius scripturis omnino confirmati, ita, ut nec adminiculum faciant, presertim quia ad impugnandam legitimam eorum, qui in illius quasi possessione existunt, testes nullam peti debent exceptionem, ut in hac ipsa causa censuit Rota coram Seraph. de off. 1330. n. 9. & nihilominus probatio plena Pallavicinorum non potest nisi per aliam pleniorum elidi, Felin. & Dec. in cap. In presentia, sub n. 1. 2. de probat. Seraph. de off. 619. n. 9. & 10.

PARMEN. STATUS.

54 AD singulas partes præcedentis scripturæ, quæ incipit. Supra scripta de cõsilio Rotæ, ab Advocatis Marchionum de Rangonibus plures dantur responsiones, quas infra pro veritate ex ordine referam.

Et quoad primam partem, in qua ex theoria Bart. communiter approbata in l. si prius n. 18. ff. de novi oper. nunciat. probatum est Marchiones Pallavicinos existentes in quasi possessione legitimæ censeantur legitimos ab initio procreationis, & contrarium dicenti incumbere onus probandi; Respondent primò Bartolum, dum ex quasi possessione status præsentis arguit ad statum originis, præsupponere statum originis inconstitutum, & indubitatum, quod non est hoc casu, cum non constet de matrimonio ante procreationem Uberti.

55 Hæc responsio destruit funditus doctrinam Bart. Nam quando constat de statu originis indubitata, quid opus est recurrere ad præsumptionem proventientem ex quasi possessione status præsentis? Bartholus ergo loquitur tantummodo in casu, in quo de origine non constat, & tunc ad hoc ut quasi possessio alicujus qualitatis præsumatur inesse ab origine, solum requiritur sit apta inesse, non autem ut inest, atque ita requiritur statum originis non verum, sed possibilem. Et eodem termino possibilitatis, & aptitudinis utitur Bald. in l. Titia divorcium, sub n. 2. ff. de med. ff. sol. matrim. Jaf. in d. l. si prius n. 43. & alii apud Pacian. de probat. par. 2. cap. 20. n. 1. & 2. Mascard. de probat. concl. 1194. n. 20. Præter quos videatur Bald. magistraliter loquens in l. Ex persona n. 2. C. de probat. ubi hanc præsumptionem, secundum quam ex statu præsentis præsumitur in præteritum appellat translativam, in eaque dicit duo esse necessaria, id est, ut extremum a quo, quod est tempus præsentis, sit verum, & præteritum possibile, & concludit probatam esse originem alicujus status eo ipso, quod status præsentis potest concurrere cum veritate status antecedentis.

56 Ex quibus patet absurdum esse ut requiratur status originis indubitatus ad hoc, ut qualitas legitimæ, quæ nunc inest Pallavicinis, censeatur melle ab origine; ideoque Præpos. in cap. Per tuus, col. 5. circa med. sub num. 17. Qui filii sint legit. docet filium probari legitimum ab initio si pater illum legitimum nominaverit, etiam si inquit, dubium fuerit an mulier fuerit uxor, vel concubina; & eodem modo loquitur Bald. in l. si matre, num. 2. vers. Sed quid, C. de suis, & legit. hered. & Ruin. conf. 51. sub num. 20. vers. Præsumi debet, vol. 5. Jaf. conf. 168. col. 3. sub num. 3. vers. Secundò principia liter, vol. 4. & Mascabrum, conf. 73. n. 46. & seq.

Respondent secundò ordine converso theoricam Baldi in d. l. si prius, procedere, dummodo clarè, & concludenter constet de quasi possessione status præsentis. Sed hoc casu dicunt non constare de quasi possessione legitimæ etiam simplicis, quia non probatur scientia, & patientia Rolandi.

Quæ responsio verissima est quoad majorem propositionem, sed falsa est minor quod hoc casu non constet de simplici quasi possessione legitimæ. Quoniam aliis omis, certum est Ubertum

authorem Pallavicinorum, fuisse nominatum à patre in duobus testamentis filium legitimum, & naturalem cum aliis verbis pregnantibus, & fuisse institutum in bonis veram legitimam requirentibus. Unde indubitata est quasi possessio legitimæ etiam qualificatæ necum simplicis ex his, quæ tradit Bart. communiter approbatus in l. 1. §. item per contrarium, ff. de liber. agnoscen. & scripsit post alios Cravett. conf. 99. in fin. n. 27. vol. 6. & censuit Rota in hac ipsa causa 23. Olibyri 1592. vers. Quarto, in hæc verba: ex tali nominatione filii constituuntur in quasi possessione filiationis, & legitimæ, quod est verius, & Rota semper admittit etiam in hac ultima decisione, & plerique ex Dominis ex adverso scribentibus non negant hanc simplicem quasi possessionem, licet dicant eam non esse cum qualitate procreationis ex legitimo matrimonio.

Nec quidquam obstat, quòd de hoc Rolandus noticiam non habuerit: Nam quatenus id esset verum, non tamen tolleret quominus Ubertus fuisset constitutus à patre in hac quasi possessione; sed ex eo quòd Rolandus id ignorasset, solum dubitari posset, an illa quasi possessio eidem intulisset præjudicium; quam tamen dubitationem credimus omnino sublatam ex ultima scriptura, quæ incipit, Tres sunt quæstiones, in qua ex communi Doctorum sententia ostendimus tractatum cum adminiculis nocere etiam tertio in bonis undecumque proventientibus. Præterquam quòd verum non est Rolandum non habuisse noticiam legitimæ Uberti. Constat enim de opposito evidenter, quia idem Rolandus dum esset in carcere fuit examinatus, & interrogatus diligenter à iudice delegato super litteris in forma Brevis Clem. VII. in quibus quidem litteris Ubertus appellabatur feudatarius Sedis Apostolicæ (qualis non poterat esse illegitimus), & dicitur jus præterendere in dimidia parte Castri Zibelli suppositi huic fideicommissio veram legitimam requirenti; & tamen Rolandus non solum dicitas heredes intellexit, & non contradixit, ut rursus probatur in facto: sed fecit etiam adum positivum inferentem ad legitimam Uberti, ut fuisius diximus in scriptura præcedenti n. 31.

Rursus per duos annos cum dimidio ante ejus incarcerationem vidit, & passus fuit Ubertum possidere dimidium Castri Zibelli, & adversarii hætenus semper facti sunt Rolandum permisisse, ut Ubertus dictam partem possideret non tanquam fideicommissarius, sed tanquam hæres Bernardini, ut etiam legitur in decisione ultima hujus causæ. Ergo Rolandus optimè scivit Uberti legitimam saltem simplicem, quia illegitimus hæres esse non poterat, Auth. Licet, & in l. in C. de natural. liber. Quod optimè olim perpendit Rota in hac causa coram Robulterio 2. Decembr. 1573. vers. Sextò, ex eo quia.

Quamobrem cum constet clarè, & concludenter de quasi possessione præsentis legitimæ, optimè intrat doctrina Bart. quòd hæc qualitas legitimæ etiam simplicis ab initio procreationis quoad hoc, ut contrarium dicenti incumbat onus probandi.

57 Respondent tertio loco doctrinam Bartoli in d. l. si prius, ff. de novi oper. nunciat. non habere locum in Actore, qui tenetur probare id, quod est suæ intentionis fundamentum, quæ responsio nul-

lomodò potest defendi, quia filius existens in quasi possessione legitimæ in possessorio, sive agat, sive conveniatur, nunquam tenetur probare originem suæ legitimæ, sed qualis est hodie, talis censetur fuisse ab initio procreationis, nisi probetur contrarium; atque ita sentiunt omnes in d. l. si prius, & in specie Bart. sub num. 10. vers. Et venio ad secundam partem, dilectis verbis dicit onus probandi incumbere reo convento, quotiescumque actor est in quasi possessione qualitatis, de qua controvertitur, & testatur id esse ex mente omnium, & in Actore etiam loquitur gloss. in l. Sicuti, §. Sed si quaratur, in ver. Possessorum, num. 2. C. de probat. Ratio est, quia cum actor sit in quasi possessione qualitatis, quam jus præsumit eidem inesse ab origine, reus, qui excipit dictam qualitatem non existit, in rursus exceptione est actor, & probare debet, l. In exceptionibus, ff. de probat. Corn. conf. 260. n. 6. lib. 3.

Neque obstat auctores in contrarium allegati-nam Cæsar de Grass. decis. 196. num. 9. dicit simpliciter onus probandi legitimam incumbere filio agenti ad paternam hæreditatem; sed non loquitur de filio existente in quasi possessionem legitimæ, Pacian. c. 19. n. 12. & seq. part. 2. dicit onus probandi incumbere illi, qui agit contra existentem in quasi possessione, quia, inquit, talis quis præsumitur, qualis est status, in quo reperitur unde Pacian. asserit aperte oppositum ejus, ad quod allegatur Mascard. conclus. 779. n. 9. & 17.

58 non dicit Actorem probare debere legitimam etiam si sit in illius quasi possessione, ut adducitur ex adverso; sed disputat an filio probari debeat legitima; & concludit debere ita probari, etiam si filius actor sit in quasi possessione filiationis, quia qualitas legitimæ est diversa à qualitate filiationis; & hoc etiam modo loquitur Petr. de fideicommiss. p. 1. n. 477. unde hi quoque auctores perperam allegantur; & nihilominus utrumque in hoc æquivocasse dicit Menoch. lib. 6. præsumpt. 59. n. 48. & seq.

Respondent quartò, in præsentia non agi de quasi possessione simplicis legitimæ, sed cum qualitate proventionis ex matrimonio; ideoque hanc qualitatem debere concludenter probari, nec sufficere simplicem quasi possessionem, cum illa sit æquivoca, & possit verificari in legitimæ per subsequens, qui non admittuntur ad fideicommissum, in quo vocantur tantum nati, & procreati ex legitimo matrimonio verè, & non fidei Seraph. decis. 1300. in fin. & dicitur in hac ipsa decisione.

Hæc quoque responsio est nullius roboris, nec tollit vim argumenti desumpti ex doctrina Bart. in d. l. si prius: nam quatenus hoc casu sit probanda qualitas procreationis ex matrimonio, tamen illam probant Pallavicini ex præsentia quasi possessione simplicis legitimæ, quia cum hæc qualitas poterit aptè illis inesse ab initio procreationis, jus præsumit ita fuisse quædam non probatur oppositum, ut probatur aperte in l. liberis, §. sicuti, ff. de liber. caus. & in l. Circa eam, ff. de probat. cum aliis adductis à Pacian. part. 2. c. 20. nu. 1. & 2. unde probatio qualitatis procreationis ex matrimonio quæ fit hoc casu, juris autoritate non est æquivoca, sed concludens. Nam quisquis hodie est legitimus, iure sic disponitur, probatur semper fuisse legitimus, & procreatus ex legitimo matrimonio, nisi contrarium probetur. Et legitimæ per hanc

59 præsumptionem probata est legitimæ vera, non autem ficta, vel præsumpta, ut per Rotam in hac eadem causa coram Seraph. 6. Martii 1592. ubi dicitur est matrimonium probatum per præsumptiones non esse matrimonium fictum, vel præsumptum, sed verum, & sufficiens pro successione, ad quam vocantur filii de legitimo matrimonio procreati verè, & non fidei: & in iisdem terminis habemus etiam decisionem Cottæ in causa Mediolanen. illegitimitatis coram Rubeo anno 1558.

60 Quinimò sufficere præsumptam probationem filiationis legitimæ etiam in fideicommissio, quod vocat filios legitimos, & ex legitimo matrimonio procreatos, & hanc esse veram probationem licet modus probandi sit fictus, dicitur Rotam eadem causa Mediolanen. illegitimitatis 5. Junii 1559. ut in decisione, quæ datur, ubi etiam respondit ad objectionem illam, quod hoc modo daretur præsumptio præsumptionis, id est legitimæ præsumpta ex matrimonio præsumpto.

Nec quidquam facit Menoch. in contrarium allegatus de adpiso. remed. 4. n. 443. quia ibi solum dicitur legitimam esse personam petentis se mitti in possessionem, quod nos non negamus, sed dicimus hoc casu esse concludenter legitimam ex supradictis.

Respondetur quintò, dictam theoricam Bartoli non habere locum quando filius est in possessione mala fide, Pacian. d. q. 20. nu. 4. hoc autem casu dicunt constare de illegitimitate Uberti per quædam scripturam executionis mandati de dispensando; unde inferunt illum fuisse mala fide constitutum a patre in dicta quasi possessione.

Hæc quinta responsio petit principium, & supponit id, de quo principaliter disputatur, eamque confutabimus infra in ultima parte, & probabimus hujus scripturæ nullam habendam esse rationem.

Respondent sextò, doctrinam Bartoli procedere dummodo constet de quasi possessione in terminis, de quibus controvertitur. Claud. Scisell. in d. l. si prius, num. 20. ff. de novi oper. nunciat. unde inferunt probandum prius esse matrimonium ante nativitatem, ut dici possit probata quasi possessio qualificata legitimæ, ex auctoribus allegatis.

Sed hæc responsio coincidit cum prima: nam si probatum esset matrimonium ante nativitatem, ridiculum esset allegare præsumptionem nativitatis ex matrimonio per quasi possessionem præsentis legitimæ; non enim opus esset conjectura ex possessione si constaret de proprietate, & originali titulo possessionis, cap. Per tuus, qui filii sint legit. nec Claud. de Scisell. aliud intendit, quam simpliciter probandum esse præsentem quasi possessionem; non autem dicit probandum esse eisdem possessionis initium: nec sequitur ullo modo ut dum ex præsentia quasi possessione inferatur ad illius originem, quasi possessio extendatur extra terminos, in quibus reperitur: quia imò semper est eadem quasi possessio legitimæ, quam jus præsumit etiam retrò extitisse, ex quo potuit inesse ab origine rei: nec obstant Doctores allegati; nam Seraph. decis. 108. t. n. 1. allegata in hac decisione, & revocata decis. 1300. supponit non constare de matrimonio, nec de quasi possessione legitimæ, saltem quoad præjudicium tertii: quinimò potius constare de illegitimitate, cum filius, de